ILluſtriſſime Princeps, Illuſtriſſ.æ Celſ.i V.æ humilliſſima mea obſequia, Clementiſſime Domine. Quomodo res hîc locorum ſe habeant, Palatino nunc pluribus declaratur. Neceſſe omnino eſt, vt quamprimum ſuper his, ſtaffettà ad id conductâ, mediante poſtæ magiſtro Norimbergenſi, cui intereà ſcribendum, ad nos reſolutio adhuc ante diem Mercurij perueniat, ad quod tempus, ſi longiſſimum, Electio procedat, quâcum Eccleſiaſtici maximè properant. Saxonici ad certam correſpondentiam cum Palatinis Conſiliarijs adduci non poſſunt, in ſumma, ſunt & manent Moguntiniani. Electoris Saxonis reſponſum ad Palatinum ab ipſis petiui, ſed excuſârunt ſe, tamquam de hoc non haberent copiam, quam tamen aliunde à cuiuſdam Conſiliarij famulo impetraui. Timeo etiam nè Dona apud Saxonem Electorem parùm promouerit, & quia Mansfeldius Saxo-

nis nomine Votum dabit, nemo dubitat, quin Ferdinando dandum ſit, quod etiam N. ſentit. Heri cum N. diu locutus ſum, & non obſcurè de N. N. ipſi inſinuaui; animaduerti autem, in Ferdinandum inclinatum eſſe; nihilominus ait, vltimatam reſolutionem ſe nondum feciſſe, nec cum alijs de hoc communicâſſe, Electoralem diem exſpectaturum, vbi Deus optimum factu ſibi inſpiraturus ſit. In ſumma, Electionem Ferdinandi ante oculos video, (*a*) *niſi Deus miracula faciat*, quod fieri poſſit, ſi Ferdinandi abdicatio Pragæ procederet. Quo caſu vehementer dubito, quænam Palatini reſolutio eſſe poſſet aut deberet. & vtrum non melius eſſet omnino emanere, quam vnà in conclaue ingredi, (*b*) *ad congratulandum Ferdinando & inſeruiendũ ei*, quæ omnia Bohemi & confœderati mirarētur. Quod ad me attinet, in his grauibus negotijs (*c*) *valde perplexus sũ, perturbatus & ſollicitus.* Si dicta abdicatio futura eſſet, in primis neceſſariũ foret, vt Bohemi illã Collegio quãprimũ notificarent, aliàs pro mero rumore haberetur, ſed priori caſu Saxõici fortaſſe perplexi redderētur. Quòd ab Electore Palatino ad aliquas relationes nullũ reſpõſum habeamus, id valde graue nobis accidit, & procul dubio bonũ fuiſſet, ſi Palatinus vnum aut alterum ſecretorũ Conſiliariorum ſecum habuiſſet. Dona etiam hactenus nobis non ſcripſit. itaque hodiernam poſtam (*d*) *ſummo deſiderio exſpectamus.* N. bona quidem conſilia propoſuit, (*e*) *ſed initium dare non vult*, atque hoc modo res in priſtino ſtatu permanſura eſt. ita & Romanum Imperium magis ac magis priuatur ſua libertate, reputatione, pace & ſecuritate, equidem Eccleſiaſticorum impulſu, (*f*) *qui ſunt homines ad ſeruitutem nati*, ſed præcipuè (*g*) *Electoris Saxonis culpâ*, qui apud Deũ & poſteros difficulter id excuſare poterit. Decretam interpoſitionem Collegij Electorum (*h*) *impedire non potuimus*, an verò aut quo pacto Bohemi & Confœderati conſenſuri ſint, id

(a) *Iterum arcana eliminantur. Camerarius felicia fata Ferdinãdi horret; ſpes tamen aliqua in Bohemis ſuperat.*

(b) *Honorare Caluiniſtarum Reges non eſt, ſed pellere.*

(c) *Nimia malitia verſat animũ & turbat.*

(d) *O quam neſcius eſt conſiliorum Bohemicorum, antequã Princeps eius Rex creatur?*

(e) *Quis Catholicus initiũ faceret, Caluiniſtici finis.*

(f) *Egregiũ tantorum Principũ elogium.*

(g) *Beneuolentia Caluiniſtica in Saxonẽ Electorẽ.*

(h) *Hoc eſt pacis ſtudioſũ eſſe Camerarii*

id tempus docebit. ſi abdicatio certa ſit, ſine dubio vnà concidet. Heri N. quæſiuit, an etiam Elector Palatinus hoc negotium adiuuare poſſit, propter inuaſos Solmenſis equites. Plura hac vice *(i) mihi non incidunt*, quia cogitationes meæ diſtractæ ſunt, & non optimè valeo.

(i) *Eius fœcundum pectus exhauritur tandē: dū maximè mali eſſe volumus, non poſſumus.*

Illam Celſem Vam cum omnibus ipſi charis Dei paternæ protectioni fidiſſimè, Ipſius vero perpetuæ Clementiæ me commendo, ſemper

Illmæ Celſnis Væ.

humillimus Seruus

674

Datæ 12. Aug. A. 1619.

P. S.

INterea, Illuſtriſſime Princeps, dum has litteras claudere volo, mihi nuntiatur, poſtam iam abijſſe. itaque illas ſeriùs mittere debui. Interim mandata Palatini, & litteras Donæ Dreſdâ miſſas accepimus; ſummoperè nos angit, quod *(k) Elector Saxo* tam turpiter ſe ſeduci à malis Conſiliarijs ſinat ac ſine cauſa, & ſub prætextu falſiſſimo rempub. adeò vulneret. nam quonam modo mandata vbique ſe habeant, acta oſtendunt, & hi fructus ſunt, quòd Elector Saxo ad fidelem & ſynceram correſpondentiam cum Palatino Electore adduci non poſſit. Si Elector Saxo vel verbo cum Palatino de mandato ſuo communicaſſet, libenter ſe Ipſi accommodaſſet. Nunc cauſa affertur vana, & quis ſcit, an non myſterium aliquod lateat, quo Palatinus apud alios Euangelicos, præcipuè apud Bohemos traducatur, & *(l) odioſus reddatur?* Cum Saxonicis Conſiliarijs ab initio ſtatim dili-

(k) *Philippica in Saxonem, Antonio Cæſore digna.*

(l) *Facta veſtra vos reddiderunt odioſos, non Saxo, non alius.*

diligentem correſpondentiam habere ſtudui, ſæpius illos conueni, ſed nunquam quidquam ſynceri experiri potui; Illi vero ſemel duntaxat nobiſcum fuerunt, ſed præter Curialia nihil protulerunt, & quidem in terminis generaliſſimis. Quòd verò per Legatos de perſona ipſa, quæ eligenda eſſet, nihil tractandum ſit, error eſt manifeſtus, nullámque rationem habet, & ſunt exempla in contrarium; quando enim Elector vnus cum alio non eſt, tum ſanè inter ſe ipſi de hoc colloqui non poſſunt. In ſumma ſunt quæſiti colores, per quos ſalus publica inſigniter læditur. (*m*) *Deus vlciſcetur*, nam omne malum in Saxonem deuoluetur, (*n*) *cum N. ſatis oſtendat*, ſi ex parte N. ſecurum eſſet, cum N. N. forſan ſeſe conformaturum. Ego adhuc his diebus conatus ſum, rem in meliorem mutare, quid autem effecerim, adiuncta relatio ad Palatinum prolixè demonſtrat. Iam nunc ante oculos video Ferdinandum Coronam Romani Imperij auferre, (*o*) *ſingulari fato Germaniæ.* Ego verò eius opinionis ſum, æquè id in ruinam Ipſi, atque in magnum commodum cedere poſſe. Iidem enim, qui Ipſum eligent, (*p*) *exiguam Ipſi opem ferent.* (*q*) *Bohemi & Confœderati animandi ſunt*, ne omnia pro perditis habeant. Solùm me ſcrupulus continuandi belli ſemper angit, quod fortaſſe fieri poſſet, ſi confœderati in communi bonum ordinem tenerent, vt tolerari ſumptus poſſent, iam enim neceſſe eſt reſolutionem faciant, vti Generales ſtatus, (*r*) *aliàs cogitata abdicatio malè illis cederet*, & rebus ſic ſtantibus etiam non video, qua vlla ratione ad ſecurã pacem perueniri poſſit. Cum heri in præſentia Ferdinandi diceretur, è Tranſyluania copioſum militem Bohemis aduenturum; Rex reſpondit, id pro ſe contra Bohemos eſſe: quod tempus declarabit (*ſ*) *omnia in eo poſita ſunt*; vt magnum aliquid fiat, antequam hoſtis ex Italia & aliunde plures milites conquirat. Moraui egregiam probatio-

nem

(m) *Piã Camerarij pro Saxone Electore vota.*

(n) *Ludentem ſolemus ludum facere.*

(o) *Singulari fato Caluiniſtarũ, qui dum perdũt, pereunt.*

(p) *Vates ipſe Vaticinium ſuũ iam ſentit.*

(q) *Camerarius nunquam Bohemos ſollicitauit, teſte Apologiâ ſuâ.*

(r) *Perditum Camerarij conſiliũ contra Cæſarem.*

(ſ) *Ad arma, ad arma actutũ, vt hoſtis cadat, antequam pugnet.*

nem fecerunt, cur non & Bohemi faciunt? ſed Illam Celem Vam nimis diu detineo, quæ aliàs negotijs obruitur. Ideo Ipſam denuò Dei protectioni commendo. Datum vt in litteris.

Quod adhuc ante Electionem de diuerſis ſubiectis deliberandum ſit, vti Palatinus libenter videret, vix credere poſſum; quamuis enim N. ad id diſponere conatus ſim, parum tamen inclinationis in ipſo aduerti. N. probabiliter proponere hoc nolet, & ſi fieret, N. N. tamen defectu mandati ſe excuſarent. vt etiam hoc neceſſarium punctum intermitteretur, ſunt homines (*t*) *ad ſeruitutem nati*, in quam Deus ipſos rediget.

(t) *Illuſtre Iudicium Camerarij de alijs*

Treuirenſis litteras Leopoldi mihi legendas dedit, in quibus meminit, ſibi à Ferdinando, in abſentia ipſius, plenam poteſtatem in omnes ipſius copias datam eſſe, quod etiam notandum.

Littera F.

Dem Woledlen/Geſtrengen/Herrn Johañ Chriſtoff von der Grüen auff Weyerſperg/der Churfürſtlichen Pfaltz. Cantzler/Meinem groß-günſtigen Herrn.

Geſtrenger/Woledler/Großgünſtiger Herr Cantzler/E. Geſtr. ſeyn vnd bleiben meine bereitwilligſte dienſt jederzeit zuuor/ vnd zur continuation der verſprochenē correſpondenz berichte ich dieſelbe dienſtlich daß geſtern/Gott ſey lob vñ danck/ die Königliche Crönung allhie mit groſſer ſolemnitet, vnd anſehen/ glücklich vñ wol abgangen vnnd vollbracht worden/vnd iſt nit zuſagen/was für ein concurſus populi, vñ für ein frewd allenthalbē in der Statt geweſt/ aber weil der gantze verlauff/ſo wol deß Einzuges/als der Crönung fleiſſig verzeichnet/ vnd in druck geben werden ſolle/ſo will ich mit ſolcher erzehlung mich nit lang auffhalten/ ſonder ſehen/ daß hernechſt dauon

E erliche

Digitized by Google

etliche exemplaria hinauß geſchickt werden mögen. Ihre Mt. haben dem Oberſten Burggrafen das Iurament, ex veteri more, in Böhmiſcher Sprach nachſprechen müſſen / welches ſie mit einem ſolchen garbo gethan / daß die Böhmen es nit gnug rühmen können / vnd daher die vorhin / Gott lob / ins gemein ſtarcke beneuolenz vermehret wirdt. Wann nur das Engliſch exorbitirn nit die Gemüther endert / ſo iſt alles gut. Daß man mit dem eſſen / vnnd zur Kirchen gehen auff das Frawenzimmer warten muß / vnd andere puntilien, verurſachen ſchon offendicula, vnd ergert ſonderlich die Böhemiſche dame, daß man die Brüſt nit zudecket. Sed fortè corrigentur iſta, vt omninò corrigenda ſunt. Der Königin Crönung ſoll vbermorgen / geliebt es Gott / geſchehen / da wirdt ſich das Böhmiſche Frawenzimmer ſehen laſſen. Es iſt ein ſolcher pracht vnd groſſes weſen in diſer Statt / daß die Engelländer es billich wolfeiler geben ſolten.

Diſen vormittag ſollen die Landtämpter erſetzet werden / das kan ſine magna æmulatione & inuidia bey vilen nicht abgehen / dann ein jeder gern vorn am bret ſeyn / vnd bey ſolcher occaſione ſich bereichen wolte, da doch wenig vornehme ſubiecta vorhanden / welche cum laude ſua, & vtilitate publica dergleichen hohe functiones rechtſchaffen bedienen könten. Es iſt allenthalben tam in politicis quàm re militiari eine vbermachte confuſion vnd vnordnung / Bey der Cantzley vnd Cammer alles vnrichtig vnd im vblen zuſtandt / daß vnſer gnedigſter Herr in eine ſehr ſchwere gefehrliche Regierung einſitzet / qui diligentius omnia inſpicit, illi Augiæ ſtabulum in mentem venit. Gott wolle jhrer Mt. beyſtehen / vnd folgendts hindurch helffen. Der Tag zu Nürnberg kompt vns, rebus hoc loco ſic ſtantibus, gar zu geſchwind auffn halß / dann allhie vil groſſe ſachen zu expedirn weren / bey welchen allen ſummum in mora periculum. Aber doch ſeynd Ihre Mt. wie auch Fürſt Chriſtian reſoluirt, die andere Wochen auffzubrechen / vnd beſagten tag zu beſuchen. Die vbrige Länder begeren Jhrer Mt. ankunfft zu jhnen gar höchlich / ſonderlich die Schleſier / welche zu Preßlaw ſtattliche præparationes darzu machē ſollen. Es iſt ins gemein ein groſſer ardor, bey jhrer Mt. das euſſerſte mit auffzuſetzen / wann nur recht zu den ſachē gethan würde. Der conditionum halber hat man jetzo nichts publicè tractirn köñen / weil die Geſandte darüber nit inſtruirt, Muß alſo ſolch principal werck neben andern momentis auff einen newen generaltag verſchoben werden / in deſſen hab ich bey allen wol vnderbawet / vnd verſpüre ins gemein / daß jhre Mt. alle ſatisfaction widerfahren wird / vnd daß die Ständ wol proprio motu Jhre Mt. bitten dörfften / den elteſten Sohn zu einem künfftigen König deſigniren zulaſſen /

dabey

haben ſich das vbrige leicht finden würde. Gott gebe ſeinen milten Segen dazu / vnd vornemblich / daß bey dem Kriegßweſen mehrer glück vnnd ſucceſs ſeyn möge. Der gröſte mangel iſt an gelt / vnd da deßwegen nit rath vnd mittel gefunden werden / dörffte einmal vrplötzlich groß vngelegenheit entſtehen. Von dem treffen zu Wien zwiſchen dem Grafen von Turn vnd dem Bucquoi, werden nunmehr die auiſen hinauß kommen ſeyn / der Graf von Fürſtenberg vnd Collalto ſeynd geblieben / der Bucquoi ſelbſt etwas verletzt / vnd ob wol die Kayſeriſche zimblichen ſchaden gelitten / ſo iſt doch der Bucquoi mit dem Reſt in Wien kommen / vnnd dabey villeicht auch was vberſehen worden / ſicut fit in multis alijs, wegen vilfeltiger æmulation vnd Feindſchafft / ſo ins gemein vnder den Oberſten ex noſtra parte ſich befindet.

Mit Fürſt Chriſtian zu Anhalt / iſt nunmehr deß Generalats halben endlich abgehandlet / were zuwünſchen / S. F. G. könten im Läger ſeyn / vnd den inconuenientien abhelffen. Der Fürſt auß Sübenbürgen iſt nunmehr in der perſon zu Preßburg / auch bey den Böhmiſchen Generalen geweſt / vnd ſoll künfftigen Sontag oder Montag gekrönt werden / was er an gedachte Generaln geſchriben / iſt auß beyligender Copey zuſehen / Er wirdt Geſandte hieher ſchicken / ſo werden ihre Mt. dergleichen thun / vnd wird mit den Vngern die confœderation leichtlich zu ſchlieſſen ſeyn / welche materia morgen oder vbermorgen deliberirt werden ſoll / GOtt wölle auch hierinn das beſte ſchicken / dann es das anſehen / nouus Rex vermeine Oeſterreich zur Cron Vngern zubringen / da es billicher hieher gehörte / wie es dann von alters geweſen / man hoffet aber ein beſſers. Allen vmbſtänden nach dörffte in die Steyrmarck ein Einfall geſchehen / hingegen werden der Bucquoi vnnd die ſeinige (die noch nit gar auß Böheimb vnd Mehren vertriben ſeyn) nit feyren / ſich ſtercken / vnd alſo das werck noch ſchwer werden. Was der Graf von Manßfeld ferner guts verrichten werde / erwarten wir mit verlangen. Es ſihet ein jeder auff ſeinen profit, vnd iſt bey jetzigem Kriegsweſen nit mehr gloriæ cupiditas, vel honoris ſtudium, darumb gehet es bißweilen krum vnd vbel zu.

Ihre Mt. haben ein offen Außſchreiben durch mich begreiffen vnnd in Druck geben laſſen / wirdt es heut noch fertig / ſo lege ich ein exemplar hiebey / damit es Vœgelinus drunden gleich nachtrucken / vnd es alſo hin vnd wider communicirt werden könte. Es were auch gut / dauon den Schleſingiſchen Fürſtentagsſchluß 50. oder mehr exemplaria ſeines nachdrucks mit nach Nürnberg genommen würden / dieſelbe außzutheilen / biß der Ständt groſſe Iuſtification ſchrifft de abdicatione Ferdinandi, & Electione noſtri Regis, herauß keme / damit ſie ſehr langſam vmbgehen / wie in vilē andern din-

gen auch. Sie haben mangel an Leutten die die Feder recht führen könten. Villeicht beſſert ſichs damit ins künfftig. Chur Sachſen hat geſchriben / inclinirt noch dahin / man hette die Cron repudijrn ſollen / erbietet ſich zur Communication mit dero MitChurfürſten, vnd ſuſpendijrt die endliche reſolution, Stellet pro more alles auff Schrauffen / vnd iſt alſo weder kalt noch warm. Jch beſorg / die Saxonici werden vns zu Nürnberg nichts guts machen / wann ſie dahin kommen. Der Hertzog von Weinmar / welcher zugeſagt / Regem noſtrum herein zu accompagnirn, iſt gar zu ruck bliben / vnd ſchweiget jetzo gar ſtill / iſt von Dreßden auß procul dubio intimidirt worden.

Jch hoff aber / die vbel affectionierte Sächſiſche Räth ſollen endlich zu ſchanden werden. Chur Brandenburg hat gar ein gut ſchreiben hieher gethan / vnd iſt daher aller guter will vnd approbation zu hoffen. Vtinam ſimiliter ab aliis. Der Nürnbergiſche Tag wird viler Menſchen Hertzen offenbaren. Jhr Mayet. gedencken den 2. oder 3. Nouemb. allhie auffzubrechen / Vnd weil ſie 2. Compagnien Reuter zuruck von hinnen ziehen laſſen / können ſie durch dieſelbe gleichſamb ſpallirt werden / daß ſie ſicher ziehen. GOtt muß aber ſchützen / der drumb eyfferig anzuruefen. Herr Protonotarius vnd Jch wollen künfftigen Sambſtag vorziehen / vnd ob Gott will / den 3. oder 4. Nouemb. zu Nürnberg ſein. Interim werden die Räth / ſo von Heydelberg dahin komen / das beſte thun müſſen. Wann ſie nur Geldmittel zur continuation mitbringen / ſo wirdt deſto leichter mit andern fortzukommen / Jm gegenſpil alles vergebens / vnd ohne fundament nichts zubawen ſein. Jhr Mayt. haben nachfragens / ob das anbefolchne finanz conſilium drauſſen im gang ſey / verlaſſen ſich darauff / drumb damit nit zufeyren ſein will. Die Hofhaltung wirdt hie ein groſſes erfordern / da doch durch den Krieg alles erſchöpfft / vnd kein Vorrath vorhanden iſt / daß alſo Jhre Mt. ſich ſelbſt an ihren mitteln werden angreiffen müſſen / biß bey einē Landtag ein anderer anſtallt gemacht wird. Wañ GOtt den lieben friden verleihen wolte / ſo könte den ſachen leicht geholffen / vnd dabey der Ch. Pfaltz groſſer vortheil geſchafft werdē. Gott kan vnd wirdt alles zu erwünſchten endt ſchicken / der bißher alles ſo wunderbar geführt hat.

Hiebey eine kurtze relation deſſen / ſo jüngſt zu WaldSaxen vorgangen / welche einer auß den Geſandten von dannen auß hieher geſchickt / ſo iſt auch Copeylich dabey / was Jhre Mayeſtet damals mündtlich geantwortet / wie ſie es ſelbſten für ſich begriffen vnd zu Papier geſetzt haben / in gleichen Copia deß Reuers, wie der den Geſanten zugeſtellt worden. Deß Grafen von Schlicken gethanen vortrag hab ich noch nicht abſchrifftlich erlangen können / dann bey der Böhmiſchen Cantzley iſt nit fort zukommen / iſt ein recht

confu-

confuſum chaos. E.Geſtr. wolle ohnbeſchwert ſeyn / Herrn Statthalters F.G. von einem vnd dem andern communication zu thun / dann deroſelben zuſchreiben hab ich kein zeit gehabt / hab diſes alles bey der nacht ſchreiben müſſen / dann ich den gantzen tag vber diſtrahirt werde.

Mir iſt auch jüngſt ein Lehensmanung zukommen. Weil ich aber jetzo jhrer Mt. in der perſon auffwarte / auch mit 2. Pferden deroſelben ins Felde auff den fall zu folgen vrbietig bin / ſo verſehe ich mich / ich verdiene mein ſchlecht Lehen der geſtalt wircklich vnd genugſam. Will man ein mehrers / ſo erbiete ich mich hiemit zu Liefferung der ½ Lehen geſell / vnd kan davon von meiner Haußfrawen bericht genommen werden / was diß Jahr mein Lehen zu Newenhein eingetragen. Bitt diſe meine Erklärung Herrn Lehenprobſten auffzuzeichnen / vnd zu den dazu gehörigen actis zulegen / anzubefelhen. Jhre Mt. ſehen gern / da diſe materia ins gemein fürderlich vorgenommen vnd decidirt würde.

E. Geſtr. damit Gottes Schutz gantz trewlich / deroſelben aber zu beharrlichem fauor mich dienſtlich befehlend. Datum Prag / den 26. Octobr. ſt. v. Anno. 1619.

E. G.

DW.

L. Camerarius D.

Litterа F.

PRÆNOBILI ET STRENVO DOMINO IOANNI CHRISTOPHORO DE GRVN IN Weyerſperck, Electoris Palatini Cancellario, Domino meo inprimis colendo.

PRænobilis, Strenue & Ampliſſime Domine Cancellarie, Strenuitati Væ ante omnia, paratiſſima mea ſtudia & obſequia. Pro continuatione promiſſæ correſpondentiæ, Strenuitatem Veſtram officioſè certiorem facio, quòd heri, Deo ſit laus & gratiarum actio, coronatio Regis hìc magna cum ſolemnitate & grauitate, feliciter ac bene peracta ſit. nec facile dictu eſt, quantus concurſus populi, quantúmque gaudium paſſim in ciuitate fuerit, Sed cùm totus proceſſus tam deductio-

nis in vrbem, quàm Coronationis diligenter adnotatus, & typis edendus ſit, huius narrationi non immorabor, ſed prouidebo, vt quamprimum aliquot exemplaria mittantur. Suæ Maieſtati ſupremus Burggrauius, ex veteri more, Iuramentum Bohemicâ linguâ præiens fuit imitandus, quod ſua Maieſtas tantâ gratiâ fecit, vt illud Bohemi commendare ſatis nõ potuerint, & hinc, Deo laus, præcõcepta communiter beneuolentia augeatur. Dummodo Anglica exorbitatio animos non mutet, omnia ſalua ſunt. Quòd ad acceſſum menſæ & templi, Gynæceum exſpectandum ſit, & alia puntilia iam offendicula cauſant, & ſcandalizat præſertim Bohemicas Damas, quòd vbera non opperiantur. ſed fortè corrigentur iſta, vt omnino corrigenda ſunt. Coronatio Reginæ perendie, Deo volente, fiet, ibi Bohemicum Gynæceum ſpectabitur. Tanta pompa & magnificentia eſt in hac vrbe, vt Angli meritò cedere debeant. Hoc antepomeridiano officia prouincialia diſtribuentur, id ſine magna æmulatione & inuidia multorũ fieri non poterit, vbi quiſq; eminere, & tali occaſione ditеſcere cupit, (a) *cum tamen pauca alicuius momenti ſubiecta adſint*, quæ cum laude & vtilitate publica tam graues functiones rectè ſuſtinere poſſint. (b) *Vbiq; tam in politicis, quam re militari mira eſt confuſio*, in Cancellaria & Camera omnia inordinata & confuſa, vt ſereniſſimus noſter admodum graue & periculoſum regimen ſumat. qui diligentiùs omnia inſpicit, (c) *Augiæ ſtabulũ illi* in mentem venit. Deus ſuæ Maieſtati aſſiſtat, Ipſámque porrò iuuet. Comitia Norimbergenſia rebus hoc loco ſic ſtantibus præproperè nobis veniunt, cùm multa grauia hîc expedienda eſſent, in quibus omnibus ſummũ in mora periculum. attamen ſua Maieſtas, vti & Princeps Chriſtianus reſoluerunt ſe, ſequenti hebdomade proficiſci, & dictis comitijs intereſſe. Reliquæ Prouinciæ ſuæ Maieſtatis ad ſe aduentum deſiderant vehementer, præſertim Sileſij, qui Vratiſlauiæ inſignes ad id præparationes facere dicuntur. Communis omnium magnus ardor eſt pro ſua Maieſtate extrema faciendi, dummodo rebus ſeriò conſuleretur. De conditionibus hac vice nihil publicè tractari potuit, cum Legati ſuper ijs non inſtructi fuerint. ita principale hoc negotium cum alijs momentis in noua generalia comitia differri debet. interim omnes bene præoccupaui, & in communi aduerto, ſuæ Maieſtati in omnibus ſatisfactum iri, & Status fortè proprio motu petituros, primogenitum, futurum Regem deſignari, vbi cætera facilè ſequentur. Deus clementi benedictione ſua annuat, & imprimis vt rei militaris melior fortuna & ſuc-

(a) *Pulcherrimum Camerarij de Bohemis Encomium.*

(b) *Deſcriptio regiminis Bohemici à Camerario laudati.*

(c) *Proceres Bohemi ſunt Camerario ſtabularij.*

Digitized by Google

& ſucceſſus ſit. Præcipuus defectus eſt pecuniæ, & niſi proſpiciatur, *(d) ex improuiſo magna incommoda oriri poſſent.* De conflictu ad Viennam facto inter Comitem Turrianum & Bucquoium, vix dubito, quin ad vos iam peruenerit nuncius, Comes de Fürſtenberg & Collalto ceciderunt, Bucquoius ipſe læſus eſt, & quanquam *(e) Cæſariani damnũ notabile paſſi ſint*, Bucquoius tamen cum reſiduis Viennam peruenit, & fortè nonnihil negiectum eſt, ſicut fit in alijs multis, ob multiuariam æmulationem & inimicitiam, *(f) quæ communiter inter Colonellos* ex noſtra parte non deeſt.

Cum Chriſtiano Principe Anhaltino tandem de Generalatu tranſactum eſt, optandum eſſet, vt Illa Ipſius Celſitudo in Caſtris eſſe, & his inconuenientijs mederi poſſet.

Princeps Tranſyluanus ipſemet nunc eſt Poſſonij, & cum Bohemicis Generalibus fuit, ſequenti die ſolis aut Lunæ coronandus. quid ad dictos Generales ſcripſerit, ex adiecta copia videre eſt. miſſurus eſt huc Legatos, quod etiam ſua Maieſtas faciet, & cum Vngaris confœderatio facilè concludi poterit, quæ materia cras aut perendie deliberabitur. Deus hic quoque optima ſuggerat, quoniam videtur nouus Rex Auſtriam Coronæ Vngaricæ adiungere cogitare, *(g) cum iuſtiùs ad nos pertineret*, vti & olim; ſed meliora ſperantur. Secundum omnes circumſtantias in Stiriam impetus dabitur, è contra Bucquoius cum ſuis (qui necdum omnino è Bohemia & Morauia pulſi ſunt) non quieſcent, confortabunt ſe, & ita negotium difficilius efficietur. Quid boni Comes Mansfeldius vlteriùs effecturus ſit, cum deſiderio exſpectamus. Vnuſquiſque ſuum commodum quærit, & nunc non ineſt amplius militibus gloriæ cupiditas vel honoris ſtudium, ideò interdum res malè cedunt.

Sua Maieſtas publicum Edictum per me concipi & typis edi mandauit; quod ſi adhuc hodie expediatur, vnum his exemplar addam, vt illud à Vœgelino quamprimum ibi denuò imprimi, & hac ratione hinc inde communicari poſſit. Bonum etiam eſſet, vt de decreto Comitiorum Principalium Sileſiæ 50. vel plura exemplaria ab ipſo rurſus impreſſa vnà Norimbergam deferrentur & diſpertirentur, donec *(h) Iuſtificatio* maior Statuum de abdicatione Ferdinandi, & electione noſtri Regis ederetur, quacum valdè lentè agunt, vt & in alijs multis rebus. *(i) Defectum habent hominum, qui calamos rectè ducere nôrint.* ſed his

(d) *Omnino felix fuit ſucceſſus, Dei beneficio; quia ſucceſſit Vſurpatori Legitimus Rex, armorum vi.*

(e) *Triumphus maior, quàm Victoria.*

(f) *Camerarius hac Ducibus ſuis perſoluit ſtipendia.*

(g) *Nec ad te iuſtè Auſtria, nec ad Gaborem pertinet: Videat Lector quò progredi voluerint Caluiniſtæ; an & Auſtria electiua, & ad illam à Deo vocatus ſit Palatinus? Exilium iuſtiùs ad vos pertinet.*

(h) *Nulla Iuſtificatio edita eſt, ſed infamia rebellium.*

(i) *Camerarius omnes præ ſe contemnit, inepti ſunt, qui calamum Camerarij non imitantur; imò eſſent, ſi imitarentur.*

Digitized by Google

his in futurum fortè magis conſuletur. Scripſit Elector Saxoniæ, & in id adhuc inclinat, quòd Corona repudianda fuiſſet. offert ſe ad communicandum cum collegis Electoribus, & ſuſpendit vltimatam reſolutionem, omnia ambiguè pro more, atque ita *(k) nec calidus eſt, nec frigidus.* Timeo Saxonicos obfuturos noſtræ cauſæ Norimbergæ, ſi eò veniant. Dux *(l) Weinmarienſis*, qui promiſerat, Regem noſtrum ſe comitaturum, *omnino emanſit*, & iam altùm ſilet. Dreſdæ procul dubio timor ipſi incuſſus eſt. *(m) Spero autem* malè affectos illos *Conſiliarios Saxonicos* tandem confundendos.

Elector Brandenburgicus optimas huc litteras dedit, & inde omnis beneuolentia & approbatio ſperanda eſt. Vtinam ſimiliter ab alijs. Sua Maieſtas 2. vel 3. Nouemb cogitat hinc proficiſci, & quia 2. turmas equitum iſtinc retrò miſit, ab ijs pariter deduci poteſt, vt tutò proficiſcatur. ſed Deus tueri debet, qui hoc nomine ardenter inuocandus eſt. Dominus Protonotarius & Ego proxima die Sabbathi præire volumus, & ſi Deus annuat, 3. vel 4. Nouemb. Norimbergæ eſſe. Interim Conſiliarij Heidelbergà illuc venturi partes ſuas agere debebunt. Dummodo media pecuniaria pro continuatione ſecum ferant, tum facilius erit in reliquis progredi; è contra verò omnia fruſtra, & ſine fundamento ædificare impoſſibile erit. Sua Maieſtas inquirit, an imperatum Financiæ conſilium apud vos procedat, & in eo ſpem ſuam ponit, qua de cauſa in eo tardandum non eſt. Suſtentatio Aulæ hîc multum requiret, cùm tamen bello omnia exhauſta, & ſubſidium nullum adſit, ita vt ſuæ Maieſtati neceſſarium futurum ſit ſua erogare, vſque dum in Comitijs prouincialibus alius modus ſtatuatur. Quòd ſi Deus amabilem pacem largiretur, his rebus facilè foret mederi, & Electoratus Palatiniani commodum promouere.

Deus ſciet omnia ad optatum finem dirigere, & diriget, qui hactenus omnia tam mirabiliter diſpoſuit.

Addo breuem relationem eius, quod nuper Waldſaxij accidit, quam Legatorum vnus illinc etiam huc tranſmiſit; adiuncta eſt inſuper copia reſponſi, quod ſua Maieſtas oretenus dedit, quódq; Ipſamet concepit & ſcripto comprehendit, in ſimili formâ, in qua Reuerſus Legatis traditus eſt. Factam propoſitionem à Comite Schlickio nondũ deſcriptam acquirere potui, quòd Bohemica Cancellaria nihil promoueat, *(n) & merum confuſum chaos ſit.* Strenuitas Vª Illæ Celſi Domini Gubernatoris huiuſcemodi haud grauatè communicabit, quoniam ad ſcri-

(k) Camerarius ex ſua Idæa depingit Saxonem.

(l) Prudentius feciſſet Palatinus, ſi Weinmarienſem imitatus, nec ipſe in Bohemiã veniſſet.

(m) Plenum fauoris pectus Camerarij in Conſiliarios Saxonis.

(n) Camerarius è Bohemia Barbariam facit.

ad ſcribendum Ipſi tempus mihi non ſuppetebat. Hæc omnia nocte ſcripſi, cùm totâ die diſtrahar.

Nuper de feudo commonefactus ſum; cùm verò ſuæ Maieſtati in perſona nunc inſeruiam, & Ipſam duobus equis inſtructus in bello comitari hac conditione paratus ſim, confido me exile feudum meum hoc modo reipſa & abunde mereri. Si plus exigatur, offero ſeſquipartem è feudo perceptam. & ex coniuge mea intelligi poteſt, quid hoc anno tulerit feudum meum Newenhemij. Rogo hanc meam declarationem Domino Præpoſito feudali annotandam, & ad id ſpectantibus actis adiungendam committat. Suæ Maieſtati placeret, vt hæc materia in communi quamprimum tractaretur & decideretur.

Hiſce Strenuitatem V^am^ Dei protectioni ex animo, ipſius autem perpetuo fauori me ſtudioſè commendo. Datæ Pragæ, 16. Octobr. ſt. v. Anno 1619.

Stren^is^ V^æ^

obſequijs addictiſſimus

L. Camerarius D.

Lit. G.

LIBVIT CAMERARIANIS HANC QVOQVE PALATINI EPISTOLAM IVNGERE; ET QVIA

Camerarius eius artifex, & quia tantopere affirmare auſus fuit, Herum ſuum omni ſtudio quæſiuiſſe pacem.

FRIDERICVS DEI GRATIA, REX BOHEMIÆ, COMES PALATINVS RHENI, ET ELEctor, Dux Bauariæ, Marchio Morauiæ, Dux Sileſiæ, & Lucemburgi, vtr. Luſatiæ Marchio.

Littera G.

SER.mo PRINCIPI, DOMINO GABRIELI, ELECTO REGI HVNGARIÆ, PRINCIPI

Tranſyluaniæ, Siculorum Comiti, amico, Compatri, & confœderato noſtro chariſſimo, ſalutem, & omnis boni incrementum.

SErme Princeps. Aliquoties iam ad Sertem Vam ſcripſimus, eique cùm præſentem rerum ſtatum, tum conſilia & rationes noſtras expoſuimus, ſperamus igitur tam noſtras, quàm cuiuſdam Conſiliarij noſtri literas Serti Væ rectè redditas eſſe; Cur verò is ſuam ad Serenitatem Vam profectionem, quam ex mandato noſtro ſuſceperat, hactenus differre coactus fuerit, ipſe procul dubio Sertem Vam certiorem diligenter reddidit. Hoc enim ſe feciſſe nobis ſignificauit. Interim vt continuaremus hoc ſcribendi officium, neceſſarium omnino viſum eſt. Quibus enim artibus ac technis inimici noſtri, non minus quàm armis, nos circumueniant, ac oppugnent, Sertas Va cùm pro ſua ſingulari prudentia, tum ex propria experientia ſatis nouit. (a) *Certe plus ipſos fraude, quàm Marte, plus dolis, & proditione, quàm virtute, & fortitudine conſecutos eſſe* euentus ipſe cõprobauit, & plurima in promptu ſunt eius rei teſtimonia. Ipſa Sertas Va ante annum ad pacis non ſine cauſæ communis periculo ineundæ neceſſitatem perducta fuit, quod Vngaris tunc perſuaſiſſent, factam inter Ferdinandum & nos animorum reconciliationem, & Prouincias hæreditarias noſtras reſtitutas eſſe. Atqui illo ipſo tempore, & quidem durante tractatu Bruxelleſi inter aduerſam partem, & 12 3. quæ nobis adhuc fuerũt reliqua, vi hoſtili nobis erepta, & in extremam calamitatem Reſp. & ſalus noſtra coniecta fuit. Nunc cùm nihil Germaniæ ſuperſit, niſi ſpes recuperandi amiſſa, eáq; præſuppoſito auxilio diuino in virtute & conſtantia Sertis Væ tum in Brunſwicenſis, & Mansfeldij viribus conſiſtat, eam quoq; nobis inſigni aſtu eripere conantur. Perduxerunt igitur Regem Magnæ Britanniæ ad nouos tractatus, vt is in ſuſpenſionem armorum 15. menſium conſenſerit. Nullo alio fine, quàm vt Serti Væ & Hũgaricæ genti perſuadeant, in certa ſpe pacis vt quieſcant, atq; ita ipſis arma ex manibus excutiant. Sed cùm ſemel hanc fraudem Va Sertas & Hungarica natio experta ſit, & quantum inde detrimenti cauſa communis acceperit, non dubitamus, nullam in poſterum fidem Vam Sertem vnà cum Vngaris Proceribus, hoſtibus habituram. Sed in præclaris cœptis cũ bono Deo, ſine vlteriori mora, fortiter progreſſuram eſſe. Quidquid enim

(a) *Quare Calviniſtæ dolo quoq; non vſi? An quia nimis candidæ animæ? Nos dolis nõ vtimur, ſed deprehendimus.*

enim

nim inter Angliæ Regem & Hiſpanos actum, *(b) nobis inſciis*, & ſine vlla nobiſcum de illa re facta communicatione actum fuit, & quamuis ſub ſpe ratificationis noſtræ, concepta cuncta ſint, non tamen expectata noſtrâ voluntate, per totum ferme orbem Chriſtianum fraudulenter ſparſerunt, acta & tranſacta nobiſcum eſſe omnia. *(c) Sed nos ſimul atq; de re tota aliquid inaudiuimus, noſtras in contrarium rationes* Regi Angliæ, ſicut & nuper cùm ratificationem noſtram expeteret, eiuſmodi difficultates, incommoda, & pericula, ob oculos poſuimus, vt ſperemus quidem illum tandem aduerſariorum fraudes & machinationes animaduerſurum eſſe. Videt igitur Ser^tas V^a quo in loco res ſint, & quantum periculum nobis & cauſæ communi, *(d) erepta omni ſpe in poſterum recipiendi arma*, immineat, ni ſi celeritate Ser^tas V^a vtatur, & hoſtium molitiones vno, eodémq; repentino ictu ſemel abrumpat: hoc ſi fecerit, & Nobis animum addet, vt perſuaſiones & minas nos adorientium ſpernere poſſimus, & Brunſvvicenſis ac Masfeldius quà eò progredientur alacriùs. Galliæ Rex etiam hoc animaduerſo (quem iiſdem artibus Hiſpani à belli conſilijs auertere ſatagunt) cum confœderatis fortunam tentabit lubentius, quem nuper etiam Legati Hiſpanici ſuperbia ad indignationem accendit, & deluſio, quâ Vallis Telinæ ſequeſtrationem in manus Summi Pontificis promiſſam Hiſpani irritam reddiderunt, ad vindictam prouocat. *(e) Tota ferè gemens Germania* hanc liberationem & ſalutem anxiè expectat, & *(f) cum fortuna proſperiore* multorum erigentur animi, qui iã metu periculi, horreſcunt ſeruitutem Hiſpanicam. Sed tantùm celeritate opus eſt, dum exercitus hoſtilis ad inferiorem Saxoniam à Brunſvvicenſi retinetur, & Mansfeldius alibi per diuerſionem vires hoſtiles diſtrahit, Ordines etiam confœderati Belgij, quà mari, quà terra Hiſpanis negotium faceſſunt, vt dubitandum non ſit, ſi temporis accuratam Ser^tas V^a rationem habeat, illam iuuãte Deo Opt. Max. breui magnos progreſſus facere poſſe. *(g) Cæterùm cùm intelligamus Comitem Turnium Conſtantinopolitam exceſſiſſe, nihil magis deſideramus*, quàm vt breui fidum ad Nos hominem Ser^tas V^a ablegare poſſet, per quem de conſilijs illius accuratè edoceri poſſemus. Quæ Ser^ti V^æ neceſſariò ſignificanda duximus perennem illi felicitatem & proſperos ſucceſſus ex toto animo exoptantes. Hagæ Comitis 3. Iulij Anno 1623.

Ser^tis V^æ

Studioſiſſimus Frater, Compater & Confœderatus

Fridericus.

(b) *Credat Apella.*

(c) *O quantum pacis deſiderium!*

(d) *Pax, pax.*

(e) *Non tota ferè Germania, ſed Calniniſtica tantum gemitus, quos fecit, ciet.*

(f) *O ſpes inanes.*

(g) *Turnius haud dubiè etiã apud Portam nomine pacifici Palatini pacem exambijt.*

Littera H.

Dem Woledlen/Geſtrengen Herꝛn Johañ Chriſtoff von der Grüen/auff Weyerſperg/der Churfürſtlichen Pfaltz Cantzler/Meinem groß-günſtigen Herꝛn.

WOledler/ Geſtrenger/ E. Geſtr. ſeynd meine gantz willigſte dienſt jederzeit mit fleiß zuuor/ Großgünſtiger Herꝛ Cantzler/Seine nachrichtung von P. Vorrath zu den bewuſten 100. vnd andern Monaten/ iſt mir zu recht gelieffert worden/ will darauß mit Fürſt Chriſtian zu Anhalt zureden/ vnd der ſachen verhoffentlich recht zu thun wiſſen.

Das Concept vff das Mentziſche Schreiben die Obentrautiſche Werbung betreffendt/ iſt P. vnnd Anhalts F. G. vorgeleſen/ vnnd in wenigen Worten vff beuelch geendert worden/ kommet jetzo mit/ vnnd wirdt mit dem erſten Meintz zugeſchicket werden können/ hat das anſehen/ als wann auch der B. von Speyr ſich dafür fürchten/ vnd in den conditionibus gegen Anhalt deſto weiter herauß gegangen ſeyn möchte.

Wir haben heut den erſten Hauptpuncten/den Churf. tag vnd die Examina betreffendt völlig abgehandlet/ morgen wirdt man vom Vpenheimiſchen Baw die deliberation anſtellen/ Gott geb glück darzu/ verſpüre/ daß die von Speyr ſelbſten mit jhren propoſitionibus/ vnd communicationibus bey jüngſtem Stättag allhie das werck verderbt/ vnnd daß die Stätt directò ad maſcula conſilia nit zubringen ſeyn werden/ der euentus wirds es geben. Die Vngarica ſchicke ich Herꝛn Andreæ Paul/nach dem an gehörenden orten dauon communication geſchehen/ hiemit wider/ vnnd hat man allhie zeittung/ als ob die wahl/ vnd Crönung R. Ferdinandi ſchon geſchehen ſey/ GOtt geb/ daß der hinckende Bott hernach komme. Damit vns ſämbtlich Gottes gnad/ vnd ſchutz treulich befelhend. Ihr Ch. Gn. ſeynd geſtern in 4. ſtunden hieher geritten/ Befinden ſich/ Gott lob/ wol vnd frölich/ der geb ſeine gnad ferner. Datum Heylbrun den 20. April 1618. Eylends.

E. Geſtr.

DW.

L. Camerarius D.

Den Herꝛn Marggr. von Onſpach haben die Medici bey diſem wetter nit hieher laſſen wöllen/ hat alſo den ViceCantzler D. Eiſſen geſchicket/ vnd F. Chriſtian darneben Beuelch auffgetragen.

Littera H.

NOBILI, ET STRENVO IOANNI CHRISTOPHORO à GRVN IN WEYERSPERG.

Sereniſſimi Electoris Palatini Heidelbergæ Cancellario, Domino meo plurimùm obſeruando.

NObilis & Strenue Domine Cancellarie.

Inſtructio Donis Væ. de belli præparatis pro notis centum, & alijs menſibus mihi rectè eſt tradita, de qua cũ Illmo Principe Chriſtiano Anhaltino loquar, & rem, vti ſpero, diligenter, ac bene expediam. Conceptus, de Moguntinis litteris de Obendrautti delectu agentibus, Electori Palatino, ac Principi Anhaltino lectus, & paucis verbis ex mandato mutatus, iam vnà mittitur, ac proximè Moguntiam tranſmitti poterit. Apparet, ac ſi Spirenſis Epiſcopus ſibi metueret, & in conditionibus cum Anhaltino fortaſſe liberaliorem ſe geſſerit. Nos hodie primum, ac præcipuum punctum ad Conuentum Electoralem, & Grauamina ſpectans plenè tractauimus. Cras de Vdenheimenſi fortalitio deliberatio inſtituetur. Deus ſecundet. Aduerto Spirenſes ipſos ſuis propoſitionibus, & communicationibus in proximo Ciuitatum Conuentu opus diſturbaſſe, ipſáſque (a) *Ciuitates directò ad maſcula conſilia minimè adduci poſſe.* Euentus oſtendet. Remitto Domino. Andreæ Paul Vngarica, poſtquam de his in debitis locis communicatio facta, & hîc rumor eſt Electionem, & Coronationem Regis Ferdinandi iam præterijſſe. Faxit Deus, vt claudus nuntius ſubſequatur. His uos vnâ diuinæ protectioni, ac gratiæ commendo.

Sereniſſus Elector Palatinus heri intra quatuor horas equo ad nos peruenit. Bonâ, ac lætâ vtitur valetudine, Deo ſit laus, cuius etiam gratiam in poſterum requirimus. Datum celeriter Heylbrunnæ 20. April. Anno 1618.

(a) *Quàm timet Camerarius pacificos Ciuitatum animos, parturijt ante tempus bellũ, & nos primos ad arma clamâſſe audet dicere.*

(b) *Talis nuntius te Heidelbergam reuocabit.*

Donis Væ

obſequijs addictiſſimus

L. Camerarius D.

Domino Marggrauio Onſpacenſi Medici hac tempeſtate, ne iter ad nos faceret, prohibuerunt, miſit ergò Vice Cancellarium D. Eiſſen. Principíque Chriſtiano mandata dedit.

Littera I.

Antwort/ ſo der Pfaltzgraf im Junio 1619. deß Landgrafens Moritzen in Heſſen Abgeſandten gegeben/ vnd von Camerarij ſelbſt eigner Hand geſchriben.

PP. Befinden L. M. vbernommene müeh/ vnd gepflogene Handlung gut/ vnd wolgemeinet/ würde auch deroſelben nichts liebers ſeyn/ als daß die ſo lang gewünſchte/ vnd hochnötige coniunction aller Euang. Ständ möchte fürderlich erhalten / vnd zu ſolchem end der vorgeſchlagene conuentus befürdern werden. Wöllen auch bey jetziger verſamblung der Vnirten S. F G. vorſchläg gern communicirn, vnd neben denſelben alle müglichkeit anzuwenden nit vnderlaſſen.

Weil aber das Fewr allbereit den Vnirten am Reinſtrom/ vnd der Donau gleichſamb im Tach/ die nechſt geſeſſene/ auch den Vnionstag inſtendig vrgirt, auch die Vnions verfaſſungen vnd abſchiedt / was in eylenden Nothfällen zuthun/ gute maß geben / vnd alſo ſummum periculum in mora, ſo will es vil zu ſpatt / vnd gefehrlich ſeyn auff den gemeinen Conuentum ſeine ſelbſt rettung zuuerſchieben.

(Inſerenda, was droben in der O. Pfaltz/ vnd auß Franckreich wegen deß von Niuers / Item ex Italia zu fürchten)

Da auch hernechſt mit werbungen nit mehr auffzukommen / wie man allbereit erfahrt. Alſo in præſenti periculo præſens auxilium vonnöten. Die Vnion hett auch deß N. Sächſiſchen Kreiß ſuccurs zum beſten / den muß man biß auff andere conuentus in caſu neceſſitatis, auch nicht verſchieben / vnd alſo flüßig machen.

So ſeynd die Engliſche vnd Stadiſche Allcantzen auch bekant.

Es ſey jetzo vornemblich vmb eine würckliche verfaſſung/ vnd den anfang zuthun.

Da anderer Euangeliſchen acceſſion zuerhalten / pro lucro habendū.

Die Böhm. Ständ ſchicken jetzo anſehenlich / ſie erſt auff andere conuentus zuweiſſen ſchimpfflich / werd ſie decouraggirn, vnd künten ſie / vnd die Vnirte opprimirt werden / eh ein gemein werck darauß gemacht würde.

Die andere Euangeliſche ſeynd deſto eher zubewegen/ wañ ſie ſehen, daß die Vnion ein ſolch corpus, ſo noch etwas vermöge / vnd wann I. gemein werck zuuor zumachen/ wie will die Vnion auff den nothfall/ den Nider Sächſ. Kreiß

den

den verſprochenen ſuccurs halten / alſo das beſte / man bleibe in terminis. Fiat iam, quod fieri debet, & alterum ſimul non negligatur, ſed promoueatur.

Da dergleichen in publico proponirt, werden etliche / ſo ſonſt gute reſolutiones gefaßt / irꝛ gemacht, vnd alſo S. F. G. von den geſchrden Vnirten vnd Böhmiſchen Ständen die vrſach ihres verluſts allein zugemeſſen worden.

Was die Vnion zu jhrer ſelbſt conſeruation thut, iſt kein vorgriff / ſonder er fordert ſolches jhre verfaſſung / vnd wird kein Euangeliſcher ſeyn / der nicht ſehe, daß man den Böhmen die Hand biete.

Die andere 2. P. n wolte P. auch erwegen / ſich druff auch bald erkleren.

Interim ſollen die Geſandte diſe Vorantwort in principali jhren Herꝛn ſchicken, vnd beſſern beuelch außbringen / daſonſt inconuenientia entſtünden / wollte P. entſchuldiget ſeye.

Lit. I.

RESPONSVM PALATINI AD LEGATOS LANDTGRAVII HASSIÆ, MANV CAmerarij exaratum. In Iunio 1619.

PAlatinus Landtgrauij Mauritij ſuſceptum in ſe laborem, & conſuetum negotium vehementer approbat, neq; illi quidquam gratius accidere poteſt, quàm ſi tam diu optata, ac maximè neceſſaria coniunctio omnium Euangelicorum Statuum proſperè conſeruari; & ad eum finem ſtatutus Conuentus promoueri poſſet. Conſilia etiam Illmæ Celſitudinis ſuæ in hoc conuentu cum Vnitis libenter cõmunicabit, & præter ea omnem ſollertiam impendere non intermittet. Cùm verò iam belli incendia paſſim ad Rhenum, Danubiúmq; Vnitos in periculum cõijciant, & proximi quiq; vehementer diem Vnionis vrgeant, quidque in eiuſcemodi diſcrimine faciendum ſit, Vnionis conuenta modum præſcribant; & cùm ſit ſummum periculum in mora; (a) *nimis tardum, ac periculoſum foret, ad Generalem Conuentum propriam defenſionem ſuam differre.*

(a) *Ecce quàm Palatiniani ad bellum ſiſtinent inermibus adhuc Catholicis.*

(Inſerenda, quid in Palatinatu ſuperiore, & ex Gallia ob Ducem Niuernenſem; item ex Italia metuendum.) Caſu, quò poſthac difficulter miles cogeretur, quod iam experimur; ita in præſenti periculo præſens auxilium eſt neceſſarium.

Vnio-

Digitized by Google

Vnioni inſuper Circuli inferioris Saxoniæ ſuccurſus in promptu eſt, qui ad alios Conuentus in caſu neceſſitatis non differendus; ne remiſſiores, & cunctatiores reddantur.

Anglorum, & Batauorum fœdera etiam nota.

(b) *Nunc de iuſta* præparatione ad bellum, & initio maximè agendum. Si aliorum Euangelicorum acceſſio impetraretur, pro lucro habendum.

(c) *Bohemici Status* iam viſendam legationem mittunt, ſi ad alios Conuentus primùm cum aliqua nota dirigerentur, ab incœpto auerterentur, & vnà cum Vnitis opprimi poſſent, antequàm conſilia & vires coniungerentur.

Reliqui Euangelici tantò magis incitabuntur, ſi viderint Vnionem eſſe tale Corpus, quod aliquid poſſit efficere. Etſi prius & cauſa & res cõmunis fieri debet, quâ tamen ratione in caſu neceſſitatis inferioris Saxoniæ Circuli Vnio fidem in ſuccurrendo promiſſam ſeruabit? Ita optimum factu iudico, ſi maneamus in terminis, (d) *Fiat, quod iam* fieri debet, & alterum ſimul non negligatur, ſed promoueatur.

Quando talia in publico proponuntur, aliqui, qui cæteroquin reſolutiones bonas apprehenderunt, dubij redduntur, & ita Illmæ Celſni ſuæ à confœderatis Vnitis, Bohemicíſq; Statibus (e) *culpæ ſua ruina*, vel damni adſcriberetur.

Quæ Vnio ad ſui defenſionem facit, nihil præiudicat, ſed id exigit neceſſaria præparatio, (f) *neq; vllus Euangelicorum erit*, qui non libenter videat, quòd Bohemis ſuccurratur.

De reliquis duobus punctis Palatinus deliberabit, citóque mentem ſuam declarabit.

Interim Legati hanc reſponſionem in principali Domino ſuo tranſmittant, & melius mandatũ obtineant, nam ſi inconuenientia quædam inde oriantur, Palatinus excuſatus haberi cupit.

(b) *Contra quem Camerari hic apparatus, an nõ aduerſus Cæſarẽ, & Ordines Catholicos? quis igitur auctor belli?*

(c) *Bohemi repelli, aut differri non debent, ne Palatini quoque regnũ differatur, aut bellum non ſuſcipiatur.*

(d) *Id eſt, fiat iã bellum, & anteuertantur Catholici.*

(e) *Quàm metuit Camerarius, ne Bohemi offendantur à Palatino, ſpe regni pleno.*

(f) *Aduertat Lector, quis rebellionem Bohemicam fouerit.*

Dem Durchleuchtigē / Hochgebornen Fürſten vnd Herꝛn / Herꝛn Chriſtian Fürſten zu Anhalt / Grafen zu Aſcanien / Herꝛn zu Bernburg / vnd Zerbſt / ꝛc. der Churfürſtlichen Pfaltz Statthalter in Obern Bayrn / Meinem gnedigen Fürſten vnd Herꝛn.

DUrchleuchtiger / Hochgeborner Fürſt / E. F. G. ſeynd meine vnderthänige dienſt bereitwilligſten fleiſſes zuuor / Gnediger Fürſt vnd Herꝛ / auff P. vnderwegen vns zukom̃enen befehl ſeynd wir nechſt verſchinen Montag gleich auff Manheim verreiſet / da dann gegen abend bald nach einander P. vnd L. Moritz angelanget / vnd ſelben abendts auſſer fr. Geſprech de publicis wenig vorgangen. Deß andern Morgens hat es zimbliche Orationes geben / vnd haben jhre F. G. den Abſchied ſub quatuor conditionib. zu ratificirn bewilligt. 1. Da ad ſoluendum jhr die termini etwas prorogirt würden. 2. Aſſecuration gegeben der aſſiſtenz auff den nothfall. 3. Da ſie mit der werbung mehrers in acht genommen. 4. Jhre priuatſachen auch richtig gemacht würden. Das vbrige iſt ein diſcurs von dem gemeinen conuentu Euangelicorum, vnd der Wahl geweſt / cum obteſtatione / daß ja P. in der perſon zu Franckfurt ſich nit finden laſſen ſolte. Vnd ob wol zuvor der Vnirten vorhabende armatur., ſonderlich der zeit halben für zu ſpat angezogen worden / ſo hat man doch vorſchlagen dörffen / Man ſolte doch

Ferdinando ziehen Franckfurt
damit 2008. entgegen 60.21.5.20.11.37 ſich 4310. verſichern /
die Wahl verhindern
vnd 11. 3487. omnibus modis 3308. vnd was andere ſpeculationes

mehr geweſen. Man hat damit ſummo cum faſtidio den gantzen tag zubracht / endlich die conditiones zimblicher maſſen verglichen / vnd auff S. F. G. begeren darüber einen Receſs begriffen. Da es aber zum vnderſchreiben kommen / haben S. F. G. ſich zu beth begeben. P. iſt in der nacht auffbrochen vnnd nacher Lauttern verreiſet / (kommet heut / wills Gott / wider) der Landtgraf früe auch weg gezogen / vnnd hat mein concept deß Abſchieds mit ſich genommen / dahero wir im zweiffel / ob S. F. G. ſolchen außfertigen / oder was ſie thun werden. Es iſt mit dem Herꝛn durchauß nit fortzukommen / das muß man GOtt befelhen / biß es beſſer wird. Hie iſt man der zeit halben auff das eüſſerſt arctirt, vnd weiß ſchier niemandt / wie es anzugreiffen. Den

der nervus P.
Räthen iſt bang/ mm.2413. werde baldt zerrinnen / vnnd alßdann 742.
P.
den laſt allein tragen müſſen. Das machet nun 2612. kleinmütig vnd vnluſtig/
P.
mir aber ſchwere gedancken / wann ich ex conſiliarijs bey 2913. droben allein ſeyn ſolte / da alle ſiniſtri euentus mir dörfften imputirt werden. Da es alſo müglich/ möchte ich gern dauon bleiben / ja vil lieber dermal eins diſer meiner ſchweren funct on gar ledig ſeyn, vnd priuatim GOtt vnd meinem Neckſten dienen. Soll vnd kan es aber je nit anderſt ſeyn/ ſo beharre ich bey meinen E.F.G. zugeſtellten 5. conditionib. vnd bitte dieſelbe vnterthenig zum höchſten/ ſie wolle darüber nochmals durch ſchreiben Ihre Ch. G. dero zuſag erinnern / vnd zugleich dero Stadt/ den ſie in Franckreich im Feld gehabt communicirn, aber in ſpecie deß Hofrichters Hippolyti à Collib. ſeligen beſtallung/ vnd was er Monatlich gehabt / mir gnedig zukommen laſſen / damit ich mich darnach zurichten.

Ich kan nit ſehen/ wie P. term.o deß Wahltags allhie auffrechen könte / da ſo gar keine præparatoria gemacht werden/ vnd man gleichſam der ſachen nit achtet. ſo mich von Hertzen recht bekümert. Bleiben dann ihre Ch. G. bey wehrendem Wahltag allhie/ ſo werden ſie dero perſönlichen hinkommens halben extremè importunirt werden/ jetzo zugeſchweigen, daß der prætextus excuſationis facto contrario gar auffgehebt würde. Verſamur ita vbique intra ſacrum & ſaxum. Gott geb recta & ſalutaria Conſilia.

Franckfurt
Die von 1310. haben mit dem Waldmanßhauſen accordirt, vnnd mehr bewilliget/ als er zu Heilbrunn würde erhalten haben. So muß man
Straßburg
die Stätt tractirn Die von 3111. laſſen 200. Mann folgen. Werden nunmehr in loco ſeyn. Rheingraf Philips hat einen Diener allhie. Will 2000. fl. anticipirt haben. Weiß nit ob jhme die Chur vnd Fürſten dergleichen bewilliget. Ich kan auff den Herrn kein groß fundament ſetzen.

Dem Churfl von Meintz hat der Rittermeiſter Kratz 200. Pferd von Metz her zugeführt / die diſguſtirn die Meintziſche Vnterthanen auff das euſſerſte

Ein mehrers jetzo nit/ dann daß E.F.G. ſambt dero Geliebten ich dem Allmechtigen zu beharrlicher wolfahrt von Hertzen treulich / derſelben aber mich vnderthenig befelhen thue. Dat. eylendts/ den 2. Julij / Anno 1619.

E.F.G.

vnderthäniger gehorſamer Diener

L. Camerarius D.

Ich

Ich hoff / E. F. G. werden noch ante terminum deß Wahltags eine Poſt abfertigen / vnd wir dero Schreiben allhie haben / ehe die Geſandte nach Franckfurt auffbrechen. Inmittels wird auß Böhmen auch was kommen. E. F. G. mach doch anſtellung / daß man wochenlich von Lintz auß particularia haben könte.

Lit. K.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI, AC DOMINO, DOMINO CHRISTIANO ANHALTINO,

Comiti Aſcaniæ, Domino in Bernburg & Zerbſt, Electoratus Palatiniani in ſuperiore Bauaria Gubernatori &c. Principi ac Domino meo Clementiſſimo.

ILluſtriſſime Princeps, Illmæ Celſi Væ humillima mea & paratiſſima obſequia. Mandato Palatini in itinere ad nos delato, proximè pręterito die Lunæ quamprimum Manhemium profecti ſumus, quo loci veſperi exiguo ſeſe conſecuti ſunt interuallo Palatinus & Landtgrauius Mauritius, eóque die extra ſalutationem & familiare colloquium de publicis parum actum fuit. Altero manè orationes ſatis graues habitæ, & Illma Celſitudo ſua Receſſum ſub quatuor conditionibus ratificari conſenſit. 1. Si Ipſi ad ſoluendum termini prorogarentur. 2. Aſſecuratio daretur aſſiſtentiæ in neceſſitate. 3. Si in delectu militum maior Ipſius haberetur ratio. 4. Si res Ipſius priuatæ etiam expedirentur. Cæterum diſcurſus fuit de communi conuentu Euangelicorum, & de Electione, cũ obteſtatione, vt in perſona Palatinus Francofurti non comparêret. & quanquam Vnitorum militiæ prius cogitatæ & habitæ, nimis ſero temporis ratione, facta eſt mentio, auſi tamen ſunt nonnulli hoc conſilij dare; (a) *vt cũ his copiis contra Ferdinandum iretur, Francofurtóq; proſpiceretur, & Electio omnibus modis impediretur*, & aliæ plures eiuſmodi ſpeculationes fuerunt. Hiſce cum rebus totus dies ſummo cum faſtidio tranſactus fuit, tandem de conditionibus vtrinque conuentum, & ad petitionem Illmæ Celſ. isSuæ, ſuper his Receſſus confectus eſt, cui cùm ſubſcribendum eſſet Illma Celſitudo Sua lecto ſe dedit. Palatinus noctu profectus Lutram diſceſſit; (hodie, Deo volente, rediturus.) Landtgrauius etiam manè diſceſſit, & Receſſum à me conceptum ſecum tulit, quocirca & hinc dubitamus, an Illma Celſitudo ſua ipſam ſubſignatura, aut quid aliud factura

(a) *Hæc ſcilicet libertas eſt, quã Caluiniſtæ quærunt: Electoribus aut vinctis, aut in ordinem redactis Reſp. ſeruatur: cùm Camerarius cadiuur, viuit.*

Digitized by Google

factura ſit. (b) *Princeps omnino intractabilis eſt*, quod Deo commendandum, donec feliciùs ſuccedat. Hic temporis anguſtiæ causâ extremè arctamur, nec quiſquam ſcit, quid aut quomodo agendum. Conſiliarij anguntur, quòd breui futurum ſit, (c) *vt neruus deficiat, & tunc ſoli Pal. onus incumbat*. illud ſcilicet Pal. puſillanimem facit & melancholicū, mihi verò graues cogitationes parit, ſi ſoli mihi ex Conſiliarijs cum Pal. ſuperiùs manendum ſit, quo in caſu (d) *omnes ſiniſtri euentus mihi fortaſſe imputarentur*. Si fieri poſſet, libens abſentarem me, & libentiùs hac grauiſunctione tandem liber eſſem, & priuatim Deo (e) *ac proximo meo ſeruirem*. At vero ſi fieri aliter nullo modo poteſt, perſiſto in illis meis 5. conditionib. Illmæ Celſ.i traditis, Ipsámque humiliter etiam atq; etiam rogo, vt ſereniſſimum Electorem denuò per litteras memorem reddat promiſſi ſui, ſimúlq; modum, quem in bello Gallicano tenuit, communicet, ſed in ſpecie Hippolyti à Collib. Iudicis aulæ defuncti ſtipendium, & quod in menſes ſingulos habuit, mihi Clementiſſimè concedat, vt res meas diſponere ſciam. Ego non video, quomodo Pal. in termino Electoralis diei hinc proficiſci poſſit, cum nulla fiant præparatoria, nulláque rei cura habeatur, quod me vehementer angit. Quod ſi verò ſua ſerenitas durantibus Comitijs hîc permaneat, tum extremè vrgebitur vt in perſona compareat, vt taceam, quod prætextus excuſationis facto contrario omnino tolleretur. Verſamur itaq; vbiq; intra ſacrum & ſaxum. Deus det recta & ſalutaria conſilia.

Francofordienſes cum Waldmanhuſio conuenerunt, & plus conceſſerunt, quam Heilbrunnæ impetrâſſet. (f) *Hunc in modum Ciuitates tractandæ ſunt.* (g) *Argentoratenſes ducentos milites mittunt*, & iam in loco erunt.

Philippus Rheingrauius famulum hîc habet, qui 2000. fl. anticipata habere vult. neſcio an Illi Electores & Principes ſimile quid ſint conceſſuri. (h) *Ego in hoc Domino* firmum fundamentum ponere non poſſum.

Electori Moguntino Tribunus Krazius 200. equites Metis adduxit, qui ſubditos Moguntinos extremè diſguſtant.

Nec plura hac vice, præterquam quòd Illam Celſem Vam cum omnibus Ipſi charis Omnipotenti Deo, ad perpetuam proſperitatem fidiſſimè & ex animo, Ipſi autem me humillimè commendo. Datæ celeriter 2. Iulij, Anno 1619.

Illmæ Celſis Væ

Humillimus ſeruus

L. Camerarius D.

(b) *Camerarius nouit deſcribere ingenium Mauritij Landgrauij.*

(c) *Vide quid moliti ſint Caluiniſtæ ante Electionem Ferdinandi.*

(d) *Camerarius mauult eſſe malus, quàm videri.*

(e) *Fortaſſe Camerarius quia Abbas factus eſt, vt proximo ſeruiret, confeſſiones audire voluit.*

(f) *Sapite Ciuitates, quia Caluiniſtæ ſapiunt, & rapiunt.*

(g) *Vóſne Protectores Francofurti?*

(h) *Laus Rheingrauij.*

Digitized by Google

P. S.

Spero Illam Celſem Vam adhuc ante terminum Comitiorum po-
ſtam miſſuram, nóſq; hîc litteras Ipſius habituros, antequam Legati Frã-
cofurtum proficiſcantur. Interea quoque ex Bohemia etiam aliquid ve-
niet. Illa Celſitudo Va quæſo, per mandatum curet, vt hebdomada-
tim Lyncio particularia habere poſſimus.

Littera L.

Dem Durchleuchtigẽ / Hochgebornen Für-ſten vnd Herrn / Herrn Chriſtian Fürſten zu Anhalt / Grafen zu Aßcanien / Herrn zu Bernburg / vnd Zerbſt / ꝛc. der Churfürſtlichen Pfaltz Statthalter in Ober Bayern / Meinem gnedigen Fürſten vnd Herrn.

DUrchleuchtiger / Hochgeborner Fürſt / E. F. G. ſeynd meine vnder-
thänige gehorſame dienſt / beſten fleiß vnd vermögens zuuor / Gnedi-
ger Fürſt / vnd Herr. Ob wol P. mein gnedigſter Herr jüngſt zu
Heylbrun meiner perſon halber dahin gangen / daß ich mit S. Ch. G. hinauff
ziehen / vnd die KriegsCantzley verwalten ſolte / ſo haben jedoch dieſelbe auff
inſtendig erinnern deß Cantzlers es vmb ſo vil geendert / daß ich heut mit naher
Franckfurt reiſen muß / geſtalt E. F. G. ſolches auß inligenden deß Cantzlers
Zettul mit mehren zuuernemmen haben / Nun werden mir dahero die Reiſen /
vnd labores gleichſamb gedoppelt. Ich muß es aber alſo geſchehen laſſen / weil
ich aber in dem Mich / zum höchſten beſchwert befunden würde / da ich nit zu-
förderſt der conditionum halben / ſo ich zu Heylbrunn E. F. G. zugeſtellt /
vnnd ſie damals P. dieſelbe vorgetragen / etwas mehrere gewißheit haben
ſolte / ſonderlich der Monatlichen prouiſion halben / cùm nemo militet ſuis
ſtipendijs, So bitte E. F. G. ich vndertheniġ / ſie auff den fall / da ich hinauff
erfordert würde / dahin es zurichten gnedig geruhen werden / damit ich noch zu-
uor angeregter conditionen halben von P. ſchrifftliche erklärung erlangen
möchte / dann ſonſten ich nit vnbillich bedencken haben würde / mich in vergeb-
lichen Vnköſten / Müh / vnd gefahr zuſtecken / da ich keine recompens zuhof-
fen / oder zu gewarten hette / vnnd nunmehr bey meinem zunemmenden Alter /

vnd abnemmen an Kräfften ich mehr auff meine rueh/dann ſtettige Reiſen zutrachten groſſe vrſach/ Ich wil aber hiemit E. F. G. weiter nit auffhalten/ die werden der ſachen recht zuthun wiſſen / in dem ich dero gnedige affection vnd bezeigung ſo vilfaltig verſpühret/ vnd mich dahero aller gnaden auch ins künfftig verſichert halte. Was publica betrifft/ da wird von Franckfurt auß mehrer bericht geſchehen können / vnd das vbrige P. ſelbſten E. F. G. am beſten communicirn. Landgraf Moritz hat zu Manheim / vnd neulich zu Franckfurt ſeltzame actiones geführt / iſt wol zubeklagen / daß der Herr ſich vnd dem gemeinen weſen der geſtalt wenig nutz ſchaffe. Der König in Spania hat an Pfaltz geſchrieben/ die beförderung der Wahl/ vnd darbey dero Hauß S. Ch. G. recommendirt, vnnd hat der Conte d' Ognate, Spaniſcher Ambr. zu Wien/ ſolch Schreiben durch ſeinen Secretarium S. Ch. G jüngſt præſentirn laſſen. Derſelbe hat vnder andern vorgeben/daß nunmehr die Böhmiſche Ständ den friden ſo ſehr ſuchten/als ſie zuuor darwider geweſt. Der General Landtag zu Prag wird auff eine / oder den andern weg mehrers liecht gebē. Damit befelhe E. F. G. ſambt dero geliebten ich in deß Allmechtigen ſchutz getreulich/ deroſelben aber mich zu beharrlichen gnaden gehorſamblich. Datum Heydelberg den 10. Julij / Anno 1619.

E. G.

vnderth. gehorſamer Diener

L. Camerarius D.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO CHRISTIANO PRINCIPI de Anhalt, Comiti Aſcaniæ, Domino in Bernburg & Zerbſt &c Electoralis Palatinatus Adminiſtratori in Bauaria ſuperiore Principi ac Dño meo Clementiſſimo.

Illuſtriſſime Princeps.

OMnia mea paratiſſima obſequia, &c.

Tametſi Palatinus Clementiſſimus meus Dominus, nuper Heylbrunnæ quoad me, eius voluntatis fuerit, vt cum illo Ambergam proficiſcerer, & militarem Cancellariam adminiſtrarem, nihilominus ad ſeriā inſtantiam Domini Cancellarij mutatâ mente mandauit, vt hodie vnà

mihi

mihi Francofurtum abeundum ſit, quemadmodum Illma Celſdo Va ex adiuncta Cancellarij charta magis intelliget; exinde mihi itinera, ac labores quaſi duplicantur. (a) *Verùm hæc vel inuito ferenda ſunt.* Quia verò hoc mihi moleſtiſſimum accideret, ſi ante omnia de conditionibus, quas Illmæ Celſni Væ Heylbrunnæ tradidi, & ipſa tum Palatino propoſuit, non plus certitudinis haberem: præſertim de menſtrua prouiſione, (b) *cum nemo militet ſuis ſtipendijs.* Ita Illmam Celſem Vam etiam atq; etiam rogo, vt, ſi Ambergam fortaſſe auocarer, eò negotium componeret, vt ante omnia ob conditiones ſupradictas à Palatino declarationem in ſcripto impetrare poſſem, alias non immeritò cunctandi cauſſam haberem, ac me ſumptibus ſuperfluis, periculiſque exponerem, ſi nullam compenſationem ſperare, aut expectare liceret, cùm ob vergentem ætatem meã, viriũmque defectum (c) *magis mihi de quiete*, quàm de continuis itineribus ſit cogitandum. Verùm pluribus Illmæ Celſni Væ non moleſtus ero, ſciet cauſſam meam commodiſſimè agere, præcipuè cùm eius omnẽ in me beneuolentiam, clementiámque expertus multipliciter animaduerterim, qua etiam in poſterũ me frui poſſe confido. Quantum publica attinet, plura Francofurto ſignificabuntur: & quod reliquum eſt, ab ipſo Palatino optimè cum Illma Celſne Va communicari poterit. Princeps Mauritius Manhemij, & nuper Francofurti mirificas actiones actitauit. Certè dolendum eſt, Dominum iſtum (d) *tam parum ſibi, Reique publicæ commodi afferre.* Rex Hiſpaniæ Palatino literas miſit, in quibus promotionem Electionis, ſuámque Domum Sermo Electori recommendauit, has verò literas Comes de Ognate Legatus Hiſpanus Viennæ, per Secretarium ſuum Electori Palatino proximè præſentari curauit. Ille inter cætera maximè retulit (e) *Bohemicos Status* tantâ contentione pacem ambire, quantâ antea auerſabantur. Generalia comitia Pragæ indicta plura in omnibus neceſſarijs nos docebunt. Hiſce Illmam Celſnem Vram Deo omnipotenti, me verò illius clementiæ officioſiſſimè commendo. Signatum Heidelbergæ 10. Iulij, Anno 1619.

(a) *Et tamen alibi magnis votis ambiuit hanc functionem.*

(b) *Camerarius contemptor opũ.*

(c) *Vtinã quieuiſſes ante 20. annos: ſtares tu & Heidelberga.*

(d) *Alia Landtgrauiani Imperij deſcriptio.*

(e) *Aliud cognitum erat Camerario.*

Illmæ Celſnis Væ

Subiectiſſimus Seruus

L. Camerarius D.

Littera M.

Dem Woledlen/Geſtrengen/Herrn Johañ Chriſtoff von der Grüen auff Weyerſperg/ der Churfürſtlichen Pfaltz. Cantzler/ Meinem groß- günſtigen Herrn.

GEſtrenger / Woledler / Großgünſtiger Herr Cantzler / Ihme ſeynde meine gantz willigſte dienſt nach beſtem vermögen zuuor / vnnd habe ſein mir vorgeſtern eingelieffert Schreiben/ Herrn Grafen Johanſen von Naſſaw begeren / wegen deß Loſaments zu Hof betreffend/ alſo balden Fürſt Chriſtian zu Anhalt communicirt, daß nun darauff P. ſich willfährig erkläret / wird auß ſeiner Churfürſtlichen Antwort an jhre F. G. den Herrn Statthalter / ſo jetzo mit hinunder gehet/ mit mehrerm zuuernemmen ſeyn.

Ihre Ch. G. ſeynd vorgeſtern mit dem gantzen Comitat allhie / GOtt lob / glücklich ankommen/ auſſer daß die Princeſſin auff der Steig bey Geißlingen im fahren den Fueß etwas verletzet/ GOtt hat behütet / daß es keinen bruch geben/ wie leichtlich hette geſchehen können/ meines ermeſſens iſt nit wol gethan/ daß bey einer ſo weitten Reiß/ vnd der Princeſſin jetzigen zuſtandt kei- ne Senfften mitgenommen worden / man hat aber auch dißfals ſeine ſonderbare opiniones. P. Ch. G. haben künfftigen Freytag allhier auffbrechen wollen / fellt aber propter multas difficultates faſt vnmüglich / darumb es biß auff nechſtinſtehenden Montag verſchoben worden / wiewol der Cron Böhmen / vnd der incorporirten Länder Geſandte künfftigen Sambſtag zu Eger ankommen werden.

Geſtern iſt der Graf von Fürſtenberg / Landtvogt zu Hagenaw / als Keyſ. Geſandter hieher kommen / heut nach der Predig von P. gehört / vnnd die reſolution ex tempore auff ſein anbringen gefaßt worden / damit man ſeiner bald loß würde/ Beyde Schrifften ſollen zu nachrichtung mit dem erſten Copeylich hinunder geſchickt werden.

Der Bucquoi iſt in Mehren geruckt / vnd hat ſich mit dem Dampier coniungiert, dahero zubeſorgen/ daß die Vngern (dern 1000. vom Bethlen Gabor den Mehren zu hülff kommen) die Mehrer/ oder Böhmen abſonderlich / vnd ehe ſie ſich recht zuſamen thun / möchten attacquirt, vnnd geſchlagen werden / welches rei ſummam mercklich alterirn dörffte. In der gantzen Böhmiſchen militia, wie auch bey den confœderirten, iſt groſſe

confu-

confuſion, mangel an guter direction, vnd aller nothwendigkeit/ daß Gott wol zubitten/ Er den Feinden muth nemmen wolle.

P. wird zu Prag in ein verwirrt/ vngewiß Regiment eintretten/ deß Königs/ vnd der Königin entrata iſt ſehr ſchlecht/ vnnd bißhero alles zum Krieg verwendet worden. Die Böhmen fundirn das maiſte auff P. vnnd dero Freunde eigene mittel/ daß man alſo aureo hamo fiſchen muß. P. machet ſich die ſach ſelbſt leicht/ vnd ſetzet alles auff Gott/ vnd gute hoffnung. Hiebey der Schleſier Fürſtentags Schluß/ welcher ſehr neruosè, vnnd wol geſtellet/ darumb P. beuolchen/ daß Vœgelinus ſolchen gleich nachtrucken ſolle damit vor dem Correſpondentztag zu Nürnberg vil exemplaria möchten vnder die Leut kommen/ vnd ſoll Veiras ſolche ſchrifft auch ins Frantzöſiſche transferirn. Dem Herrn von Pleſſe ſchick ich hiebey die Römiſche Schreiben/ wie ich mit jhme verlaſſen/ der Herr Cantzler wirdt ſolche zuuor leſen/ vnnd allerhand Singularia darinn finden. Beygelegte Schreiben auß Sibenbürgen wolle er ohnbeſchwert an gehörige orth lieffern laſſen/ vnd wer gut/ wann der junge Bethlen bißweilen carezzirt würde.

Ein mehrers jetzo zuſchreiben leſſet mir die zeit nit zu wiewol auff vergeblich auffwarten auch viel gehet/ vnd doch dabey P. alles in der eyl/ oder vilmehr auff der Poſt will verrichtet haben. Jhre Ch. G vermeinen noch den tag zu Nürnberg in der perſon zubeſuchen/ werden doch beuelchen/ daß der von Pleſſe/ D Schiöder vnd D. Paſtor ſich auch dazu gefaßt halten ſollen/ vnd was ſonſten deßwegen drunden noch in achte zunemmen ſeyn möchte. Deus nobis adſit. Jch förchte mich vor ſo vilen zuſammenkunfften. Damit E. Geſtr. Gottes gn. Schutz gantz treulich/ vnd deroſelben mich zu gunſten gebührlich beuelhend. Datum Amberg den 6. Octob. Anno 1619.

E. G.

gantz dienſtwilligſter

L. Camerarius D.

H NO-

Littera M.

NOBILI, ET STRENVO IOANNI CHRISTOPHORO à GRVN IN WEYERSPERG

Sereniſſimi Electoris Palatini Heidelbergæ Cancellario, Domino meo plurimùm obſeruando.

NObilis, & Strenue Domine Cancellarie.

Litteras Domis Væ mihi nudius tertius allatas, & petitionem Domini Comitis Ioannis à Naſſau, propter habitationem in Aula quam primùm Principi Chriſtiano Anhaltino communicaui, Electore verò Palatinum annuiſſe ex eiuſdem Electoris reſponſione Illmo ſuperioris Palatinatus Adminiſtratori data, quæ iam in via eſt, magis cognoſcet.

Sermus Elector nudius tertius cum omni comitatu huc, laus Deo, proſperè peruenit, excepto quòd Principiſſa in itinere iuxta Geiſlingam inter vehendum pedem aliquantum læſerit, Deúſq; auertit, ne omnino crura fregerit, vt facile contingere potuiſſet. Meo iudicio malè factũ, quòd pro tam longinquo itinere, & ad præſentem Principiſſæ caſum nulla lectica fuerit accepta. Sed & in his variæ, & ſingulares opiniones. Sereniſſimus Elector Palatinus proximo die Veneris hinc diſcedere cogitabat, ſed propter multas difficultates fieri non poterat, quare in ſequentem diem Lunæ dilatum eſt, tametſi Coronæ Bohemicæ, & Incorporatarum Regionum Legati in vrbem Egram ſint venturi. Heri Comes à Fürſtenberg, & Præfectus in Hagenau Cæſarei Legati huc profecti, hodie poſt concionem à Palatino ſunt auditi, *(a) pacis reſolutio ex tempore totius Legationis data, vt tantò citiùs illorum conſpectu liberaremur.* Vtraque epiſtola vnà cum primo exemplari pro maiore declaratione tranſmittetur.

(a) Ita tractari debebant Legati Bohemici, non Cæſarei.

Bucquoyus in Morauiam mouit, ſeque cum Damperio coniunxit, vnde metuendum eſt, ne Vngari (quorum decem millia à Gabore Morauis in auxilium ſunt ſubmiſſa) à Morauis, aut Bohemis ſeparati, antequam bene conueniant, oppugnentur, cædantúrque. Quod rei ſummam notabiliter mutaret. In omni Bohemorum militia, vti etiam apud confœderatos *(b) magna eſt confuſio, ac defectus bonæ directionis, omniúmq; neceſſariorum*, ita vt Deus ſummè ſit exorandus, vt hoſti ferocientem animum paullulùm adimat.

(b) Nihil laudabile apud Bohemos, ex Camerarij ſententia.

Pala-

Palatinus Praga perturbatum, incertúmque regimen capiet, Regis, Reginæq; reditus admodum exiles, & huc vſq; pro bello totum expoſitum. Bohemi maximam fiduciam ſuam collocant in Palatino, eiúſque amicorum proprijs auxilijs, ita, vt aureo hamo piſcandum ſit. Palatinus verò omnia in Deo, ſpéque meliori ponit. Hic intelliget concluſionem à Sileſijs in comitijs factam, quæ ſatis neruosè & bene conſtituta eſt. Eapropter Palatinus Vœgelino in mandatis dedit, vt diligenter illam perpenderet, útque ante Correſpondentiæ diem Norimbergæ indictam multa exemplaria in vulgus ſpargi poſſent. Veiras etiam hoc ſcriptum in Gallicum ſermonem transferet. Domino Pleſſio mitto Romanenſes litteras, ſicut cum illo conueni. Dominus Cancellarius antè perleget, & omnia ſingularia in ijſdem reperiet. Coniunctas hîc litteras ex Tranſyluania non grauatè certis Dominis, lociſque reddi curabit, expediréťque ſi iuniori Bethlen Gabori omnis interdum charitas, amicitiáque exhiberetur.

Plura nunc ſcribendi tempus non permittit, tametſi multum quoque pecuniæ fruſtra expectando expenditur, Palatinus tamen omnia in celeritate, vel potiùs per Veredarios effecta cupit.

Sereniſſimus Elector adhuc eius mentis eſt ſibi ad diem certam Norimbergæ indictam in propria perſona comparendum eſſe, mandabit tamen, vt Dominus Pleſſius. D. Schloër, & D. Paſtor etiam interſint, & quidquid præterea huic negotio neceſſarium. Deus nobis adſit. (c) *Timeo vehementer tot diuerſa conuenticula.* Donem Vam diuinæ protectioni, me verò illius gratiæ amiciſſimè commendo. Datum Ambergæ 6. Octob. Anno 1619.

(c) *Camerarius ſemper timet, ne pax ſtabiliatur.*

Donis Væ

Semper obſequioſus

L. Camerarius D.

Digitized by Google

Littera N.

Dem Woledlen/Geſtrengen Herrn Johan Chriſtoff von der Grüen/auff Weyerſperg/ der Churfürſtlichen Pfaltz Cantzler/ Meinem groß-günſtigen Herrn.

GEſtrenger / Woledler / großgünſtiger Herr Cantzler / E. G. ſeynde meine gantz willigſte Dienſt beſtes fleiſſes zuvor / vnd hab ſein geliebtes Schreiben vom 13. diſes vnder wegen zu Schlawn wol empfangen/ vnd beantworte es an jetzo kürtzlich.

Daß Engelland dermaſſen cunctiert, das muß man Gott befelhen/ der hat der Königen Hertzen in ſeiner Hand/ vnd wird auch an diſem ort endlich die ſpaniſirte zuſchanden machen. Man ſchreibet jetzo von dieauß an Ihre Mt. gar eyferig / vnd deutet auff eine fürderliche abermahlige ſchickung / die Schreiben aber ſollen jetzo durch den elteren auß denen von Gliſſenthal / ſo mit herein gezogen / in Engelland geſchickt werden. Von der acceptation der Böhmiſchen Cron hab ich ein Manifeſto begriffen/ das ſoll alſo nach der Crönung publicirt, auch Lateiniſch vnnd Frantzöſiſch gemacht werden. Darinnen die cauſæ vnnd der Scopus kürtzlich deducirt werden. Der Ständ Iuſtificationſchrifft vber die vorgenommene abdication vnnd election iſt zwar wie ſie ſagen fertig / ich kan ſie aber noch nit erlangen / da doch das Manifeſto ſich drauff nothwendig referirn müſſe. Interim kan der Schleſier Fürſtentagsſchluß den Leuten zimlich liecht geben. Secretarius Veiras hat denſelben ins Frantzöſiſch vff befehl transferirn ſollen/ aber die arbeit dem Samuel Meyer / von Bern / ſo noch zu Heydelberg/ auffgetragen/ bey dem könte drunden angemahnet / vnd alſo auch derſelbe druck befürdert werden. Secretarius Mauritius were vns allhie beſſer / vnnd daß Veiras zu hauß die correſpondenz continuirte.

Die Schreiben von Rom hat der König geleſen / vnd werden Ihre Mt. genugſam erinnert / ihrer perſon halben / deßwegen auch die Ständ allhier ſorgfeltig ſeyn. Von Bethlen Gabor wiſſen wir allhie nichts weiters, dann daß er zu Preßburg (ſo nun in ſeiner deuotion) ſeyn ſolle / die Vngariſche Cron affectirt er für ſich/ vnd hat ſeine Gedancken auch auff Steirmarck / vnd villeicht weiter / aber da ich von allem mehrern grunde / will ichs gleich communicirn. Ob ihre Mt. nach Nürnberg ziehen werden/ iſt noch nit geſchloſſen/ multæ ſunt rationes pro & contra, vnnd wirdt der Schluß ſehr ſchwer fallen.

Digitized by Google

ſaſſen. So bald der Königin Crönung fürüber/will ich eylendts mit dem Protonotario mich hinauß begeben / mit Gottes hilff/werden aber vor dem 4. oder 5. Nouemb. ſchwerlich zu Nürnberg ſeyn können. Würden in deſſen die Seſſionsſtritt per Legatos erörtert/ ſo were die zeit wol angelegt/ vnnd das vbrige alles deſto leichter/ drumb die vnſerige ſich in ſolchem werck auff das euſſerſte billig bemühen ſollen/ die andere acta hat der Protonotarius mit nach Amberg genommen/da ſtehen ſie noch/vnd handlet er gleichwol hierinnen vñ in andern wie es jhme gefellt/daß ich alſo ſelbſt nit weiß/was dabey ſeyn werde/ muß mich alſo allein auß dem Rodenburgiſchen Abſchid/ vñ dem Außſchreiben informirn/dauon doch D. Schlöer vnd D. Paſtor auch bericht haben/ vñ derſelben Copien drunden ſeyn werden. Dem Herrn Cantzler kan hierinnen nichts imputirt werden. Das meiſte wird auff dem beruhen/ wie die correſpondenz zuſtercken / coniunctio Euangelicorum, & mutua auxilia zu erhalten/ dazu bedarff man nit vil acta, ſonder wird der Marck kramen lehrne/ vnd muß man den euentum Gott befelhen. Ich bin dabey ſehr ſorgfeltig/ hab zu Rodenburg treulich gerathen/ den termin nicht ſo kurtz zu ſetzen/ es hat aber nicht ſeyn wollen. Wann nur kein ſeparatio folgete/ ſo were alles gut/ ſed timeo Saxonicos, ſi veniunt, vnnd bleibet es mit den Stätten wol dabey/ quòd ſint filij hominum, in quibus non eſt ſalus. Mich verlanget zu wiſſen/ ob Herr Statthalters F. G. wider zu Heydelberg/ dann im fall Ihre Mt. nit nach Nürnberg kemen/ vñ etwan Ihre G. alßdañ dahin ſolten/ ſo were gut/ daß ſie in omnem euentũ bey der Hand weren/ könten ſolches wol auiſirt werden/ Ich hab es zu thun an der zeit nit gehabt/ dann jhre Mt. mit diſer Poſt geeylet.

Wer aber von den Ständen zu Nürnberg erſcheinen möchte/ dauon haben wir die geringſte nachrichtung nit/ vnd iſt kein gut zeichen/ daß zu Heydelberg nichts dauon einkommen/ Ihre Mt haben meines wiſſens von niemand deßwegen ſchreiben. Ihrer Mt. Votum, ſo zu Franckfurt wegen Ch. P. geführt worden/ iſt bey den Wahlactis zu Amberg/ vnnd hab ich nit anders gewüſt/ dann das protocoll vnd was dazu gehörig/ were doppelt abgeſchriben/ vnd ein exemplar zu Heydelberg gelaſſen worden. Protonotarius in omnibus nimis eſt difficilis, kan faſt mit jhme nit vortkommen. Das machet mich auch vnluſtig/ vñ möchte wünſchen/ daß ich einmal gar zu ruhe kommen köndte.

Geſtern iſt der einzug Ihrer Mt. allhie ſehr ſtattlich geſchehen/ vnd GOtt lob glücklich vnd wol abgangen. König Matthias oder Ferdinandus haben dergleichen ehr nicht gehabt. Es iſt die lætitia publica, ſo mennigklich erzeigt/ nit außzuſprechen. Der Pferd ſeynd gewiß vber 2000. geweſt. Die

Digitized by Google

Herren vnnd der Adel in groſſer anzahl / wie auch die Geſandte der andern Ländern haben ſich ſehr köſtlich erzeigt / vñ allein die Prager Burger ex proprio auff 50000. fl. dabey ſpendirt. Meo iudicio were das gelt zu zahlung deß Kriegsvolcks beſſer angelegt geweſt. Die Lieb vnd Beneuolenz totius populi iſt ſehr groß / Gott geb beſtandt / vnd richte alles zum friden. Es iſt hohe zeit geweſt / daß die Länder ein Haupt bekommen / omnia enim ſunt in confuſione, vnd hetten ex inuidia & æmulatione Statuum ſonſt / groſſe Vngelegenheiten entſtehen können. Die Cammer iſt gantz bloß / vnd alles ein bawfellig weſen / alſo daß deß Papſts dicterium, che queſto Principe ſia entrato in vn bello labyrintho, auch hoc reſpectu Regiminis nicht vngereimbt. Die beſtallung der Landämpter wird jhre Mt. ſo bey jedem vnder 4. nominirten Perſonen die wahl hat / ſehr ſchwer fallen / vt vitet quorundam indignationem & odia. Nun muß es gleich nach Jhrer M. Crönung geſchehen / ſonſt kan der Königin Crönung nicht fortgengig ſeyn / wie ſie berichten. Sed hæc omnia mox videbimus, vnd berichte ich alßdann allen verlauff / wils Gott / mit mehrerm. In deſſen kan diſes Herrn Statthalters F. G. vnd den Herren Räthen communicirt werden.

Thu damit E. G. Gottes gn. Schutz / vnnd dero fauor mich befelhen. Datum Prag / den 22. Octob. ſtil. vet. Anno 1619.

E. Geſtr.

D. W.

L. Camerarius D.

NO.

Lit. N.

NOBILI ET STRENVO DOMINO IOANNI CHRISTOPHORO DE GRÜN IN Weyersperg, Electoris Palatini Cancellario, Domino meo inprimis colendo.

NObilis, Strenue, & Ampliſſime Domine Cancellarie, Strenuitati Væ paratiſſima mea ante omnia ſtudia & obſequia. Ipſius litteras mihi per charas, 13. huius datas, Schlaunij in itinere rectè accepi, & nunc ad eas breuiter reſpondeo.

Quod adeò cunctetur Anglia, id Deo commendandum, in cuius manu ſunt corda Regum, qui hoc etiam loco Hiſpanizantes demum cōfundet. Iſthinc iam ad Suam Maieſtatem perquàm zelosè ſcribitur, & iteratæ feſtinæ legationis fit mentio, litteræ verò iamiam per maiorem natu de Gleiſſenthal, qui in comitatu fuit, in Angliam mittentur. De acceptatione Bohemicæ Coronæ *Manifeſtum* concepi, quod poſt Coronationem ſtatim publicabitur, & Latinè ac Gallicè vertetur, in quo cauſæ & ſcopus breuiter deducuntur. Statuum Iuſtificationis ſcriptum ſuper propoſita abdicatione & electione perfectum quidem eſt, vt aiunt, ego autem illud necdum acquirere poſſum, cum tamen *Manifeſtum* eò ſeſe referre neceſſe ſit.

Interim decretum Comitiorum Principum Sileſiæ hominibus aliquid lucis dabit. Secretario Veiras mandatum erat in Gallicam linguam illud transferre, ſed hunc laborem ipſe in Samuelem Meyer Bernenſem, Heidelbergæ etiámnum verſantem, reiecit, qui moneri, & is quoq; typus maturari poſſet. Secretarius Mauritius hic nobis commodior eſſet, vt Veiras domi correſpondentias continuaret.

Litteras Româ miſſas Rex legit, & ſua Maieſtas ſuæ ipſius perſonæ ſatis admonetur, cuius cauſâ etiam Status hic ſolliciti ſunt.

De Bethlemio Gabore hic non plùs ſcimus, quàm eum Poſſonij (quod nunc ipſi ſubditum) verſari. Coronam Hungaricam pro ſe ipſo affectat, & de Stiria quoq; cogitat, atq; etiam vlteriùs fortaſſis, ſed de his cum certior ero, communicabo quamprimum.

An ſua Maieſtas Norimbergam conceſſura ſit, nondum decretum eſt, multæ ſunt rationes, pro & contra, & difficile erit decernere. Quamprimum Coronatio Reginæ peracta fuerit, cum Protonotario celeriter proficiſcar, Deo iuuante, ſed ante 4. aut 5. Nouemb. Norimbergam attinge-

tingere vix poterimus. interea per Legatos lites de ſeſſione expedirentur, ita & tempus bene tranſigeretur, & reliqua omnia faciliora forent, quare noſtri meritò in hoc negotio nulli parcere labori debet. Cætera acta Protonotarius ſecum Ambergam tulit, ibi adhuc manent, & ipſe quidem in his, vt & in alijs pro libitu agit, vt ipſemet neſciam, quid ijs futurum ſit, atq; adeò ſolùm ex decretis Rottenburgenſibus, & Indictione informari neceſſe habeam, quorum tamen D. Schlôer, & D. Paſtor quoq; cognitionem habent, & eorum copiæ inferiùs erunt. Domino Cancellario nihil horum imputari poteſt. Potiſſimum in eo conſiſtet, quanam ratione correſpondentiæ corroborari, coniunctio Euangelicorum & mutua auxilia conſeruari poſſint, ad quę actis nō multùm opus eſt, ſed res ipſa docebit, euentus autem Deo commendandus eſt. His ego de rebus vehementer ſum ſollicitus, & Rotenburgi conſului fideliter, vt terminus non nimis breuis ſtatueretur, ſed fruſtrà. Dummodo nulla ſeparatio oriretur, reliqua ſalua eſſent, ſed timeo Saxonicos, ſi veniunt, & adhuc de Ciuitatibus verum eſt, (a) *quòd ſint filii hominum, in quibus non eſt ſalus.* Scire deſidero, num Illuſtriſsa Celſitudo Domini Adminiſtratoris Heidelbergam redierit, quoniam ſi ſua Maieſtas Norimbergam non veniret, & Illuſtr. Celſi. ſuæ eò proficiſcendum foret, bene eſſet, ſi in omnem euêtum præſto eſſet. & de hoc certior fieri poſſet, ego temporis anguſtiâ id facere nequiui, cum ſua Maieſtas hac in poſta feſtinârit.

(a) *Iſta eſt gratiarum actio Camerarij. quam Ciuitatibus refert.*

Quiſnam autem de Statibus Norimbergæ præſens futurus ſit, nec minimam habemus notitiam, & nihil boni portendit, quod nec Heidelbergam quidquam nunciatum ſit, Sua Maieſtas hac de re, quod mihi conſtet, nihil à quoquam litterarum accepit.

Votum Maieſtatis Suæ, Francofurti Electoris Palatini nomine datum, cum actis Electionis Ambergæ ſeruatur, & ego aliud non ſciueram, quam protocollum, & ad id pertinentiâ, bis deſcripta, eorúmq; exemplar vnum Heidelbergæ relictum eſſe. (b) *Protonotarius in omnibus nimis eſt difficilis, vt vix cum eo conuenire queam.* Idipſum moleſtum eſt mihi, & optarem integrâ tandem quiete frui.

(b) *Protonotarij faciles mores.*

Heri deductio Maieſtatis ſuæ in vrbem magnifica inprimis fuit, & Laus Deo, feliciter ac benè ceſſit. Matthiæ & Ferdinando Regibus tantus honor habitus non fuit. (c) *Lætitiam publicam, quam paſſim ediderunt,* nemo aſſequi verbis poſſit, equorum amplius duo millia certò interfuerunt. Magnatum ac Nobilium ingens numerus, & exterorū quoque Legatorū luxus erat viſendus, ac ſoli Ciues Pragenſes ſumptus quinqua-

(c) *Quàm breuis & precioſa Vanitas.*

Digitized by Google

quaginta millium florenorum ex proprio fecerunt. Meô indiciô hæc pecunia in militum ſtipendia melius collata fuiſſet. Amor & beneuolentia totius populi præquàm magna eſt, quam Deus confirmet, & omnia ad pacem dirigat. Tempus has regiones *(d) diutiùs ſine capite eſſe* non patiebatur, omnia enim ſunt in ſumma confuſione, & ex inuidia ac æmulatione Statuum magnæ turbæ oriri potuiſſent. *(e) Camera nuda eſt tota, & ruinoſa*, ita vt dicterium Papæ: che queſto principe ſia entrato in vn bello labyrintho, etiam hoc reſpectu regiminis, non inconueniens ſit. Diſtributio officiorum prouincialium Maieſtati Suæ, cui ad vnumquodq; inter 4 perſonas optio eſt, *(f) difficilis accidet, vt vitet quorundã indignationem & odia*. eam ſtatim Ipſius Coronationem ſubſequi oportet, alioquin Coronatio Reginæ procedere non poteſt, vt aiunt. Sed hæc omnia mox videbimus, & tunc totum rei proceſſum, Deo volente, pluribus nũciabo. Interea hæc Illuſtriſsæ Celſ i Domini Adminiſtratoris, & Dominis Conſiliarijs communicari poſſunt.

(d) *Caput erat Cæſar, ſed Monſtrum Bohemi malebant.*

(e) *Honorifica Camerarij de Bohemis ſententia.*

(f) *Arbitrabar Caluiniſtas duobus dominis poſſe ſeruire.*

Hiſce Strenuitatem Vam Dei protectioni, & Ipſius fauori me commendo. Datæ Pragæ, 22. Octob. ſtil. vet. Anno 1619.

Strenuitis Væ

obſequijs addictiſſimus

L. Camerarius D.

Littera O.

Dem Woledlen/Geſtrengen/Herꝛn Johañ Chriſtoff von der Grüen auff Weyerſperg/der Churfürſtlichen Pfaltz. Cantzler/Meinem großgünſtigen Herꝛn.

GEſtrenger/Woledler/Großgünſtiger Herꝛ Cantzler/jhme ſeynd meine gantz willigſte dienſt jederzeit zuuor/vnd hab ich zugleich deß langwirigen nicht ſchreibens mich billich zu entſchuldigen/wiewol es mir zum öfftern an der zeit/auch wol der materia ſelbſten gemanglet/in dem wir ſonderlich de rebus Vngaricis zu Prag ſo wenig erfahren können/als etwan

Digitized by Google

drauſſen zu Heidelberg. Allererſt auff diſer Reiß in Mehren/ als Graf Georg Friderich von Hohenlohe naher Polna zum König kommen/ vnd relation gethan/ haben wir dauon etwas mehrern bericht empfangen/ wie ſolches dem Herrn von Pleſſen ich damals geſchriben/ vnd er ohne zweiffel communicirn wirdt. Seythero wiſſen wir weiter nichts/ dann daß es ſich ex parte Cæſaris mit der ratificatione induciarum, welche doch ſeine Geſandte mit dem Fürſten in Vngarn/ vnd Sibenbürgen beſchloſſen/ vnnd zwar auff gehabte plenipotenz, ſonderlich propter incluſionem Regis noſtri, ſtoſſen will/ geſtalt ich dann mir nie imaginirn können/ daß es den Kayſ. miniſtris damit ernſt geweſt/ ſonder daß ſie allein durch ſolche finezza zeit gewinnen/ vnd den Fürſten mit ſeiner armée auff die ſeit bringen wollen. Damit aber diß fals alle notturfft wol in acht genommen werde/ als ſchicken jetzo Ihre Kön. Mt. zu dem Fürſten/ Herrn Chriſtoffen von Dona nach Caſchaw mit außführlicher instruction, der jhne dann auch zugleich zu Geuattern (in dem die Kindtauff zu Prag den $\frac{12}{22}$ Martij gehalten werden ſolle) bitten (quod mihi propter graues cauſas nunquã placuit) vnd zugleich den General Landtag/ der den $\frac{15}{25}$ eiuſd. Martij angehen wird/ notificirn ſolle/ damit er vnd die Vngarn nach Prag abordnen/ vnd alſo die auffgerichte confœderation, welche von jhnen allerdings vollnzogen/ auch von jhr Mt. dem König in Böheim/ vnd den andern Ländern ratificirt, vnd publicirt werden möge. Diſe confœderation ſchmertzet den Keyſer ſehr/ weil auch die Oeſterreicher vnder/ vnd ob der Enß darinnen begriffen ſeynd/ ſonſten haben dabey die Vngern das tempro vnnd jhr auantaggio wol in acht genommen. Ich hette gern Copiam dauon hinauß geſchickt/ So hab ich dieſelbe auß der Böhmiſchen Cantzley noch nit bekommen können/ ſo werden vnſere Scribenten auch ſonſten dermaſſen gebraucht/ daß ſie faſt nit vortkommen können. Die Huldigung allhie iſt glücklich vnd wol abgangen/ vnd gegen jhrer Mt. bey den Ständen in Mehren ein groſſe affection zu ſpühren. Herr Carl von Zerotin opiniatrirt ſich noch/ vnd will die Huldigung nit leiſten/ dorüber er allhie in gefahr ſeines Lebens/ vnd deß verluſts ſeiner Güeter ſtehet. Der vorige Landtshauptman Lobkowitz vnnd etliche andere Stände haben ſich abſentirt, nach denen wird getrachtet/ vnd werden ſambtlich was außſtehen müſſen. Vorgeſtern/ da die Huldigung in templo Ieſuitico, welches jetzo die fratres inn haben/ vnnd darinnen auch morgen Herr D. Scultetus predigen ſolle/ cum magno applauſu, & lætitia publica kaum vorgangen/ kommen vnuerſehens böſe Zeittungen/ daß die Polen mit etlichen 1000. in Mehren eingefallen/ wie man dann dieſelbe nacht auff dem Schloß allhie etliche Fewr geſehen/ in dem ſie die Dörffer anzünden/

vnd

vnnd mit Raub/vnd Mord groſſen ſchaden thun. Man weiß nicht wer ſie führt/ ob der Ertzhertzog Carl/ oder der von Altheim bey jhnen/ Dem ſtreich nach/ den ſie am Gebürg her gegen Oeſterreich zunemmen/ hat es das anſehen/ Sie haben Niclaßburg entſetzen/ vnnd alßdann zu dem Bucquoi in Oeſterreich ſtoſſen wollen. Sie kommen aber eins theils zu ſpatt/ dann vorgeſtern der Capitein Bruß/ ein Schottländer/ ſo darinn gelegen/ es dem von Tieffenbach auffgegeben/ vnd mit 260. Soldaten/ mit Sack vnd Pack darauß gezogen. Hat gleichwol auff 20. ſt. Geſchütz vnd an munition, wie auch Wein/ vnd frucht einen guten Vorrath darinnen laſſen müſſen. Der Orth iſt ſehr feſt/ vnd wird daruor gehalten/ der Capitein hett denſelben wol halten können/ wie der von Schlamersdorff referirt, den der König dahin geſchickt/ vnd der alles geſehen hat. Der Polacken halben ſtehen wir hie in groſſen ſorgen/ & res non caret ſummo periculo auff der Reiß/ welche jhre Mt. in Schleſien vorhaben. Dann diß Rauberiſch Geſindt das Land gantz durchſtreiffen kan. Solte ſich auch Bucquoy mit jhnen coniungirn, vnd in Mehren fallen/ ſo dörfften vnd könten wir in hoc ipſo loco eingeſchloſſen/ vnd belagert werden. Sonſten ſeynd jhre Mt. gemeint/ nechſtkommenden Dienſtag ſich auff den weg zubegeben. Das Mehriſch Volck, ſonderlich die Reuterey/ ſo nicht vor Niclaßburg gelegen/ ſeyn meiſten theils in Oeſterreich/ oder ſonſt weit von hinnen. Iſt alſo Mehren bloß/ vnd in diſer Statt (mit dem Schloß) nur ein Fendlein Knecht. Derwegen ſeyndt die anweſende Stånd von Herren vnnd Ritterſtand allhie reſoluirt, Mann für Mann auffzuſitzen/ vnnd den Polacken entgegen zu ziehen. Mag auff 600. Pferd lauffen/ vnd ſeynd die Gültpferd auch auffgemahnt/ die auff 800. ſich erſtrecken mögen. So werden ſie ein anzahl Mußcatirn mit ſich nemmen. An die Schleſier begert man auch den Zuzug/ wann dieſelbe den Polacken in rucken kemen/ ſo ſolten ſie noch wol können diſſipirt werden. Sed vereor, ne illi celeritate conſueta noſtros præueniant. Der Fürſt in Sibenbürgen wirdt diſes einfals auch berichtet/ vnd er ad diuerſionem aliquam ermahnet/ in dem diß ein zeichen/ was die tractatus cum hoſte für fructus mit ſich bringen. Die Stånd in Polen ſeynd auff ein end mit dem König vbel zufriden/ daß er in diß weſen ſich implicirt, darauß er ex metu tumultus alicuius kein Comitia regni außſchreiben darff/ vnnd alſo zubefahren ſtehet/ es dörffte in Polen leichtlich zu einem Rakoſch kommen/ vnd daſelbſten auch eine Cataſtrophe vorgehen/ dann meniglich wider die Pfaffen vnnd Jeſuiter ſchwürig ſeyn ſolle. GOtt geb den Mehriſchen Stånden gnad/ daß ſie keinen ſtoß leiden/ welches ein ſchädliche conſequentz cauſirn dörffte. Neben Fürſt Chriſtians zu A. F. G. ſeynd jetzo

 die

die vornembſte Oberſten allhie / der von Hohenloe / Graf von Thurn / die Landts Oberſten vnder vnd ob der Enß (wie auch derſelben / vnnd dann der Schleſier Geſandte) die tractirn vnd deliberirn jetzo die militaria, dauon ich nichts anders ſchreiben darff / dann daß alles einer eylenden reformation hőchlich bedarff. Deus fortunet actiones, & conſilia. Rex ipſe iſt wol animirt, hat geſtern geſagt / niſi inſtaret iter ſuum in Sileſiam, ſo wollten jhre Mt. ſelbſt mit den Stånden hinauß ſich begeben / Quod ad alacritatem ſtimulos addidit. Der jetzige Landßhauptman der Herr Zerotin von Lundenburg führt ſie / hat ein dapffer couraggi, vnd den Dampier von eiſen wol tractirt. GOtt ſtehe jhme ferner bey. Chur Sachſen hat ſich gegen jhrer Mt. auff dero vnderſchidliche Schreiben zimblich erklårt / darauß nichts widriges zuſpűhren / will jhrer Mt. munition, ſo von Hamburg auff der Elb herauff kommen ſolle / zollfrey paſſirn laſſen / gibt vor / der conuentus deß O. Såchſiſchen Kreiſſes / vnd ſeine Kriegßverfaſſung ſeyen allein zu Seiner / vnd deß Kreiß verſicherung angeſehen. Deß Titulß halben repetitur excuſatio, daß der der Hauptſachen anhengig / ſo vor einem Rőmiſchen Kayſer / vñ die ſambtliche Reichßſtånd gehőrig. Ecce quales Iudices habituri ſumus! ſed tranſeat. GOtt kan bald andere mittel ſchicken. Niemand ſchadet noſtræ

König in gros Britannien
cauſæ mehr / dann 1993. ſua cunctatione, & tricis philoſophicis. Mit dem entſchuldigen ſich andere / denen diſer prætext erwünſcht iſt. Deus meliora. Mich verlangt zum hőchſten / wie es drauſſen ſtehe / vnnd

Heydelberg
was zu 1663. für reſolutiones werden genommen ſeyn. Vff Regis ratification muß man jetzo nit wartten / dann in hoc itinere, & tot negotijs

Vnitis
kan man drauſſen zugleich die Hand nit mit dabey haben. Ego 3409. metuo,

Geltmangel ruptur
vnd daß nit aus dem 1440. ein 2928. erfolge. Gott ſtehe vns bey / vnnd führe die ſachen hinauß / wie ers angefangen / nimirum per miracula. Herrn Statthalters F. G. vnnd Herrn Pleſſe bitte ich hieuon communication zuthun / befelhe damit E. Geſtr. Gottes ſchutz vnd mich dero fauor, verbleibend jederzeit. Datum Brinn / den 8. Februarij, ſtilo nouo, 19. Ianuarij, Anno 1620.

Deroſelben

dienſtwilligſter Diener

L. Camerarius D.

Lit. O.

NOBILI ET STRENVO DOMINO IOANNI CHRISTOPHORO à GRVN IN WEYERSpergk, Sereniſſimi Electoris Palatini Heidelbergæ Cancellario. Domino meo plurimum obſeruando.

Nobilis & Strenue Domine Cancellarie.

DOni Væ omnia paratiſſima obſequia mea defero, ſimúlq; diurnam in ſcribendo negligentiam meritò excuſo, tametſi mihi ſæpiùs tempus, aut etiam materia ipſa defuerit; nam Pragæ tam parum de rebus Vngaricis comperire poſſumus, quàm fortaſſe alij Heidelbergæ. Primùm hoc itinere in Morauiam, cùm Comes Georgius Fridericus de Hohenloë Poloniam ad Regem venit, eiq; de omnibus retulit, maiorem cognitionem accepimus, vt tum de hac re Domino Pleſſio ſcripſi; & ipſe ſine dubitatione communicabit. Ex eo tẽpore nihil noui intelleximus, quàm quòd ex parte Cæſaris de ratificatione induciarum, quas tamen ipſius Legati cum Principe Vngariæ, & Tranſyluaniæ pacti ſunt, & quidem ſecundum habitam plenipotentiam, ac præcipuè propter incluſionem Regis noſtri, difficultas ſit, quemadmodum ego mihi nunquam imaginari potui, Cæſareos Miniſtros hoc negotium ſeriò tractaſſe, ſed tantùm, vt per eiuſmodi cunctationem & tempus, & Principem cum tota armatura ad partes traherent. Vt tamen in hoc caſu omnia neceſſaria bene conſiderẽtur, ita Regia Maieſtas iam ad Principem Tranſyluaniæ mittit Dominum Chriſtophorum à Dona Caſſouiam cum plena inſtructione, qui eundem ſimul ad munus Patrini ſuſcipiendum (cùm Pragæ $\frac{19}{29}$ Martij Baptiſmate Regius Infans ſit abluendus) roget (a) (*quod mihi propter graues cauſas nunquam placuit*) atq; Generalem Conuentum, qui $\frac{13}{23}$ eiuſdem Martij indictus eſt, notificet, vt tam ipſe, quàm Vngari Pragam Legatos mittant, & ita confœderatio inita, & ab illis iam omnimodè perfecta, etiam ab ipſa Maieſtate, Rege Bohemiæ, aliiſq; Prouincijs ratificari, ac publicari poſſit. (b) *Hanc Confœderationem Cæſar magnoperè ſentit*, ſiquidem tam infra, quàm ſupra Anaſum Auſtriaci in illa continentur: Cæterùm Vngari tempori, ac commodo ſuo non parùm inſeruierunt. Copiam huius fœderis libenter tranſmiſiſſem, ſed eam ex Cancellaria Bohemica impetrare

(a) Quare Caluiniſta pro Caluiniſta ſpondere non poſſet?

(b) Si Cæſar ſenſit, veſtram vim ſenſit, qui Auſtriacos ad rebellionẽ excitaſtis.

Digitized by Google

adhuc non potui, & Amanuenſes noſtri adeò in alijs occupantur, vt vix ſufficiant.

(c) *Quàm feliciter oſtendit euentus.*

(d) *Qui in fide Domini manent, illi digni ſupplicio Caluiniſtis*

(e) *Vos in horũ locũ ſubyſtis, & ſatis patimini.*

(f) *Picardita religioſum genus hominum.*

Homagium Reg. Maieſtis bene feliciterq́ hîc præſtitum, magnúmq́; in Reg. Maieſtem affectum inter Morauiæ Ordines cernere fuit. Dominus Carolus à Zerotin obſtinatus perſeuerat, & homagium facere detrectat, (d) *quare & de vitâ & capite, omnibúſque ſuis fortunis periclitatur.* Prior Morauiæ Capitaneus Lobkowiz, & aliquot alij è Statibus abfuêre, qui iam inquiruntur, (e) *atque omnes vna aliquid patientur.*

Nudius tertius Homagio in templo Ieſuitico, (g) *quod hodie Fratres occupant*, & in eo cras Dus D. Scultetus eſt concionaturus, vix cum magno plauſu, & publica lætitia ſuccedente, peſſima derepente noua ſparguntur; Polonos cum aliquot millibus in Morauiam irrupiſſe, vti eâdem nocte magna ex arce incendia ſunt conſpecta, pagos enim igne exurunt, atq; damna ingentia cæde ac rapinis inferunt. Neſcitur an Archidux Carolus, an verò Comes ab Alltheim illos ductet. Si ſitum locorum exploramus, quem iuxta Alpes Auſtriam verſus peragrant, veroſimile eſt eos obſidione Niclaſburgum ſoluere, ac deinde ſe cum Bocquoyo coniungere velle. Sed tardiùs aliquantùm veniunt, nudius tertius enim Capitaneus Brus Scotus, qui præfuit, Tieffenbachenſi vrbem tradidit, is cum ducentis ac ſexaginta militibus cum armis, ac ſarcinis inde exceſſit, magnámq; bellicæ munitionis partem, & vini, & commeatus copiam cum 20. tormentis militaribus reliquit. Hic locus admodum munitus, & opinio eſt Capitaneum potuiſſe diutiùs tueri, ſicuti Schlammerdorffius retulit, quem Rex eò ablegauit, quíq; omnia luſtrauit. Propter Polonos ſumus in magno metu, & res non caret ſummo periculo in itinere, quod Reg. Maieſtas in Sileſiam facere cogitat, nam miles hîc prædabundus totam regionem deuaſtari poteſt. Quòd ſi Bucquoyus ſe cum illis coniungeret, & impetum in Morauiam faceret, fortaſſe (h) *ipſo loco includeremur, atque obſideremur.* Cæterùm Reg. Maieſtis animus eſt proximo die Martis iter auſpicari. Morauiæ exercitus, præſertim equites, qui in Niclasburgenſi obſidione non fuerant, magna ex parte in Auſtria, aut alibi procul hinc verſantur. Ita Morauia nuda eſt, & in hac ciuitate (vnà cum arce) vnicum dunxtaxat militum Vexillum. Quapropter præſentes Ordines tam Baronum, quàm Equitum hîc ſunt reſoluti viritim militem in campum aduerſus hoſtem educere. Numerus equorum ad ſexcentos excurret; Vaſallorum etiam equis ferme ad octingentos euocatis. Aliquam inſuper Sclopetariorum manum ſecum ducent. A Sileſijs quoque auxilium

(g) *Rectiùs Oceano includimini, quippe longinquius.*

lium petitur, quòd ſi hi Polonis à tergo inſtarent, fortaſſe adhuc diſſipari poſſent. Sed vereor ne illi celeritate conſuetâ noſtros præueniant. Huius irruptionis Princeps Tranſyluaniæ certior fit, & ad diuerſionem aliquam faciendam admonetur; ſimúlq; indicabitur, qualem tractatus cum hoſte fructum afferat. Ordines Poloniæ cum Rege ſuo peſſimè ſunt contenti, quòd ſe hoc negotio implicuerit, ac propterea ex metu tumultus alicuius nulla regni Comitia indicere poteſt, & ita in periculo verſatur, ne in Polonia vel ſeditio concitetur, vel Cataſtrophe aliqua oriatur; omni populo aduerſus Pontificios, ac Ieſuitas exulcerato. (*h*) *Deus Morauis Statibus largiatur gratiam*, ne quid detrimenti capiant, quod conſequentiam damnoſam cauſſaret. Præter Principem Anhaltinum ſunt hîc præcipui Duces, Hohenloenſis, Comes Turnius, ſupremi infra & ſupra Anaſum Officiales (ſicut illorum iuxta ac Sileſiorum Legati.) Hi tractāt iam & deliberant militaria, de quibus mihi plura ſcribere nō licet, quàm quòd omnia celerrimâ reformatione vel maximè indigeant. Deus fortunet actiones & conſilia. Rex ipſe bene animatus heri dixit, niſi inſtaret iter ſuum in Sileſiam, ſeipſum cum Morauiæ Statibus in bellum iturum eſſe. Quod ad alacritatem ſtimulos addidit. Modernus Morauiæ Capitaneus Dominus Zerotin à Lumbdenburg exercitum ducit; homo animoſus eſt; & Damperium antehàc bene tractauit. Deus illi in poſterū quoq; faueat. Elector Saxo erga Reg. Maieſtem ad plures litteras ſatis ſe declarauit, (*i*) *vt inde nihil aduerſi timeatur*; promittítq; Reg. Maieſtatis Munitioni, Hamburgo per Albim iam iam aduentanti ſine vectigali tranſitū dare: & Conuentum ſuperioris Saxoniæ, ac omnem belli præparationem duntaxat ad ſui, ſuæque Prouinciæ defenſionem inſtitutam demonſtrat. Tituli cauſâ repetitur excuſatio, quòd annexus ſit cauſæ principali, quæ ad Romanum Cæſarem, ac totius Imperij Status decidēda ſpectat. (*k*) *Ecce quales Iudices habituri ſumus*! ſed tranſeat. (*l*) *Deus alia quàm primum auxilia poteſt ſubmittere*. (*m*) *Nullus cauſæ noſtræ magis obeſt, quàm Magnæ Britanniæ Rex ſuâ cunctatione, & tricis philoſophicis.* Huius exemplo alij ſe excuſant, quibus iſte prætextus optatus eſt. Deus meliora. Summè ſcire deſidero, quid apud vos agatur, & quales Heidelbergæ reſolutiones ſint ſumptæ. Regis ratificatio nunc non eſt expectanda, in hoc enim itinere, totq; negotijs auxilium ſtatim haberi non poteſt. Ego Vnitis metuo, & ne ob pecuniæ defectum ruptura ſequatur. Deus nobis dehinc adſit, rémq; ad exitum perducat, vti cœpit, (*n*) *nimirum per miracula.*

(h) *Deus ad rebellionem firmādam non dat gratiam.*

(i) *O qualis Vates! Luſatia id non teſtatur.*

(k) *Camerarius totum Imperium contemptui habet, ipſe contemnendus.*

(l) *Deus ſcilicet mittet vobis Turcam!*

(m) *O ſi adhuc viueret Rex Iacobus, præmium ferres Camerari.*

(n) *Omnino miracula vidiſti Camerari; immo vt ſatis ſentires, in caput tuum verterunt.*

racula. Domino Adminiſtratori Illmo Principi, ac Domino Pleſſio, rogo, vt de his communicatio fiat. Hiſce Donem Vam diuinæ protectioni, me verò illius fauori commendo. Datum Brunnæ 8. *Februarij ſt. nouo* 29. *Ianuarii*, Anno 1620.

Obſequijs addictiſſimus

Seruus

L. Camerarius D.

Errores Rhabarbari.

Pag. 3. Verſ. 9. Lege baccharetur. p. 3. v. 13. l. circumſpexiſſet. p. 6. v. 11. l. conatus. p. 10. v. 13. l. dum. p. 12. v. 2. l. iniuriari. p. 18. v. 4. l. promittis. p. 21. v. 5. iactata. p. 28. v. 3. l. fortuna, p. 29. v. 19. l. allatret. p. 30. v. 17. l. femina. p. 33. v. 13. l. religioſiſſimo. p. 36. v. 10. l. concioni. p. 45. v. 12. l. ſapientior. p. 47. v. 19. l. auſu. p. 48. v. 6. l. amicior. p. 51. v. 6. l. hoſtiles. p. 58. v. 22. l. immunitate. p. 60. v. 21. l. Camerariũ. p. 63. in margine. l. H. p. 66. v. 4. l. dubio. p. 71. v. 14. l. ad. p. 72. v. 2. l. collaturos. p. 72. v. 15. l. lentitudini. p. 74. v. 9. l. opportunè. p. 77. penult. l. factum. p. 79. v. 19. l. cauſa. p. 85. v. 12. l. haberetur. p. 86. v. 12. l. libertatis. p. 88. v. 10. l. nomine.

Errores Tubi Gallilæani.

In præfat. ad Lect. v. 11. l. arietat. Pag. 4. Verſ. 4. à fine. Lege dimiſiſſetis. p. ead. v. vlt. l. ſpeculam. p. 6. v. 4. l. rationes. p. 30. v. 16. l. apertes. p. 48. v. 4. à fine, l. cenſuerúntq;.

Errores Epiſtolarum.

Pag. 1. Verſ. 19. Lege Ferdinandus. p. 5. v. 1. l. dele, in. p. ead. in margine. l. Troiani. p. 15. v. 2. multum.

FINIS.

Digitized by Google